In prin.) Nota, quod si opponatur stipulatio in contractu innominato, vtique stipulatio sapit naturam contractus innominati, videlicet, quod ad illud quod est promissum, sed quando agitur actione ex stipulatu, non autem ex dicto contractu. Soc. in rub. de verborum obligationibus, numero decimonono & vigesimo, & in contractu innominato si non est impletum ex parte agentis, agens non potest agere, & habet locum pœnitentia. Soc. in dicta rubrica, litem si fit permutatio, & res permutatę perueniunt in posse ipsorum, an vnus alteri teneatur ad fructus si sunt percepti. Boer. decisione nonagesimaoctaua. & si res patitur subiectionem, requiritur nouus assensus, permutatio beneficiorum valet cum assensu Papę, & ille, qui permutat est necesse, quod habeat titulum, alias non valet, Boer. decisione 205. vbi simplex resignatio beneficij non valet si resignans non habet titulum, sed si fit donatio inter viuos contrespectiuè ad aliquid, habet locum pœnitẽtia, & potest reuocari donatio Boer. decis. 353. & ibi habes quando habeat locum pœnitentia in contractu innominato. *Mangr.*

De locato, & conducto. *Rubr.*

ADde, quod locans domum alicui pro vno anno, eo elapso si alteri locat, primus conductor non potest secundum conductorem expellere, nisi primus scholaris esset, vel conductor fiscalis rei. l. ne vel cui. & aliàs ine: pit. ne cui, infra eod & in ciuitate Neapolis extat consuetudo, quòd nouus colonus non potest veterem expellere pro eodem pretio, secus in inquilino. Afflict. decis. 238. & vide alias consuetudines sub eod. tit. *Mang.*

L. Aedem quam.

In princ.) Adde l. si merces §. si fundus. ff. eod. & quãdo debeat solui pensio, Firman. in ver. pensio, num. 44. Item potest exigi pensio a subconductore. Firman. de gabel nu. 1. tamen fideiussor istius secundi non tenetur principali domino. l. qui fideiussor. ff eod. Item dominus qui vxorem duxit, & maiori domo indiget, potest inquilinum expellere, & nõ sic inquilinus. quia vxorem duxit, & maiori domo indigeat, potest recedere a domo, Rip. de peste, sol. 4. nu. 21. Item locator poterit expellere pro vsu suo, sed dominus directus pro vsu suo non potest emphyteutã expellere, Hip. sing. 94. *Mang.*

L. Licet.

Si ergo sunt recollecti.) Hanc opinionem sequitur Aret. in consil. 51. & Siluan. consil. 33. vide Couarru. cap. 30. prat. quæst. per totum. *de Bottis.*

L. Emptorem.

Vt quia conduxit an non modicum.) Adde Doct. in cap. propter hęreditatem. extra eod. & Alex. consil. 108. col. 6. vol. 3. & Capic. in decis. 38. & Cottam in ver. cõductor, & ibi an emphyteutæ debeat fieri remissio. & quid si facto domini cõtumax fuit impeditus, vel facto tertij, aut casu, an requiratur damnum vltra dimidiũ iusti pretij, vide Cottam vbi supra. *de Bottis.*

Et per hoc olias dixi.) Vide Alexan in l. qui absenti. §. 1. nume. 6. ff. de acquir. possess & no per Neguzan. in tract. de pigno. 2. par. 1. memb. nume. 2. & nume. 6. 7. vbi an soluendo interesse liberetur. & quid si interuenit iuramentum, an possit præstari interesse. ibi nume. 9. & quid si sint specialiter obligata ibi & vide Guido. in consil. 129. num. 3. Tiraq de retract. conuent. §. 3. in glo. 1. nu. 2. 3. vide omnino Couar. in lib. var. resol. cap. 15. per totum. Pet. Duen. in reg. 240. *de Bottis.*

L. Si olei.

In princ.) Vide per Barb. in rub. de locato. col. 1. *de Bottis.*

L. Ad probationem.

In prin.) Adde Afflict. in constitutio. violentias, nu. 28. & in dec. 12. & licèt conductor non restricet quæstionem dominij, tamẽ instrumentum locationis probat dominium contra conductorem Afflict. decis. 14. & ad hoc vt præiudicet, debet in eodem instrumento conductor renunciare iuri suo Dec. consil. 58. nu. 7. & hæc lex non viget, nisi quando locator ageret contra cõnductorem actione personali, vel condictione ex ista l. Alexand. consil. 12 nume. 4. 6. lib. 4. & de singulari successore, idem consi. 76. lib. 7. & aduerte si posset dici hanc legem fundatã super spolio, vt sic contra singularem successorem agatur condictione ex ista l. vel l. fin. C. de acquir possess. præsertim in regno, vbi de spolio agitur contra singularem successorem, per constitutio. circa violentias. *Mang.*

L. Si quis conductionis.

In prin.) Vide supra in l. præcedenti, quod addidi. *Mang.*

Circa hoc oppo.) An tertius possit opponere exceptionem dominij, vide Guid. decis. 37. in fi. *de Bottis.*

Contra hoc oppono, & videtur.) Ex hac ratione infertur, quod si solueretur magna pensio, tunc fit remissio mercedis, vt per Doct. relatos per Cottam in ver. emphyteuta regulariter. *de Bottis.*

De iure emphyteutico. *Rub.*

QVæ differentia sit inter censualem contractũ, & istum emphyteuticum. vide Barto. in l. 1. §. hic titulus. ff de publica. & vide Dec. in auth qui rem supra de sacrosanct. Eeclei. & latius Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. emphyteuta cedens alteri trãsfert ius, quod habet, & sibi nil remanet. Iser. in c 1. §. præterea. nu. 3. de capi. corra. sic etiam feudatarius, adeo quod reuocatio pertinet ad directum dominũ. Iaf. in vsib. feud. col. fi. vers. 5. limita. & quando dicatur feudum, vel res censualis? Grammat. deci. 77. vbi, quod quando præstatur seruitium personale, vel adhoc, semper censetur feudum. & quando laudemiũ, vide Boer. decis. 19. vbi, quod laudemium debetur de omnibus rebus. Item vendita domo, vel fundo cum omnibus ibi adiacẽtibus, & affixis, laudemium debetur de omnibus cum fructus sint pars rei, & fundi, Boer. dec. 229. Item si vendant omnia, quę

sunt affixa domui, & non sit vendita domus, non debetur laudemium Boer. decisione 231. vbi habes de quibus rebus debetur laudemium. Item laudemium est quinquagesima pars, quæ debetur domino directo. l. fina. infra eodem Item si locatur res emphyteutica, per decennium, vel in perpetuum, iudicatur vt alienatio, adeo quod domino directo debetur laudemium, Boer. decisi. 234. Item in pronunciatione non debetur laudemium, & in re feudali. Boer. decisio. 263. Item si quis fuerit condemnatus, & postea fuerit restitutus, non soluit laudemiū. Boer. decisio. 270. Item quòd iudicatur de re feudali idem iudicatur de re emphyteutica Item si detur res ad meliorandū non potest augeri pensio, Paris, de reintegra. feudi in verbo, aliqua: Item si concedatur res feudalis sub annuo censu, & si non soluit infra biennium cadat a iure suo, vtique non cadit, nisi per culpam commissam, & hoc si iurauerit præstare fidelitatem. Paris, de reintegr. feud. in verbo, an si reus, folio septimo. Item cū pacto legis commissoriæ Guido Papæ decisi. sexta, in fine. Item si est concessa res emphyteutica tibi, & successoribus tuis Item intelligitur etiam hæredibus extraneis, Tiraquel. de retract. glo. septima, §. primo, numero vigesimoptimo, folio vigesimoquarto, & ibi etiam de omnibus, & quibuscunque. Item quando tali pacto est concessa, intelliguntur etiam nati post mortem, ad cuius instantiam fuit facta concessio. Tiraquel. folio quinquagesimo, & quinquagesimoprimo, numero octuagesimoseptimo, & nonagesimoprimo Item ex alienatione necessaria, & datione in solutum non soluuntur laudemia. Tiraquell. folio nonagesimoquarto, numero decimo. Item tertius possessor tenetur ad omnes canones præteritos, & debitos per prædecessorem possessorem, Tiraquell. folio 135. numero septimo, quando soluatur, & de quibus rebus soluatur laudemium, Tiraquell. folio 154. numero primo. Item pater, quomodo potest relinquere vni ex filijs feudum, vel emphyteusim. Tiraquell. folio centesimosexagesimosecundo, numero vigesimotertio. Item emptor, vel ille, qui habet rem iure congrui, debet soluere laudemia, Tiraquell. de retract folio centesimononagesimooctauo Item nō potest alterari forma cōcessionis, emphyteusis in præiudicium tertij. Tiraquell. fol. 111. numero trigesimonono. Item emphyteuta non potest incidere arbores fructiferas, & quando possit. Tiraquell. folio 185. numero vigesimotertio. Item quando dissoluitur contractus, an debeatur laudemium. Tiraquell. folio 296. numero quinto, & de concessione ad hæredes, an transeat ad extraneos. Curt. iun. consil. 4. *Mangr.*

L. Ius emphyteuticarium.

Secundo oppono, & videtur.) Vide per Docto. allegatos in addit. quā habeo ad Barbat. in cap. propter sterilitatem, in princ. de locato, & ibi quid si res emphyteutica est tota destructa, ita quod non remansit nisi area, an debeatur pensio. *de Bottis.*

Non curo vtrum dicat rem.) Vide Alexan. omnino, in consil. 142. *de Bottis.*

Quæro quid econuerso si res augeatur.) Adde Tiraquel. in fi. tract. de retract. conuenti. nu. 93. *de Bottis.*

Propter guerram non potest laborari.) Adde Loffred. in consilio secundo, numero vndecimo, & quid in contractu censuali, vel alijs contractibus. *de Bottis.*

L. In emphyteuticarijs.

In princ.) Quid si emphyteuta obtulit censum, an euitet caducitatem, vide Negusan. de pigno. in tertia par. tertio, memb. quinta par. nu. 3. & quid si alius soluit nomine proprio vide Bal. in l. solemnibus. C. de rei vendicatio. An autem tempus quo quis nō possedit currat ad inducendum caducitatem, vide Dec. in consilio quinquagesimooctauo, in fi. an valeat pactum, quod si oriatur quæstio inter Ecclesiam, & emphyteutam nō possit emphyteuta conueniri, nisi coram iudice Ecclesiastico, vide Andr. in constit. cum satis, & ibi Afflict. in fi. *de Bottis.*

Ibidem.) Adde, quod si dominus concederet, & propterea emphyteuta non soluerit, non priuatur, Decius consilio centesimoquadragesimoquarto, numero sexto. Item tunc soluit, quando possidet. Capic. decisione decimaquarta, numero vigesimoquinto. Item valet consuetudo, & statutum quod non soluens per triennium non incidat in commissum. Decius in reg. cum tempus, de regu. iur. Item minor si non soluit, cadit a re: potest tamen petere restitutionem. Grammat. decisione quinquagesimasecunda. Item si defunctus fuerit in mora, tunc minor nō poterit petere restitutionem in integrum. Item si aliquis fuerit carceratus, vel aliquo modo, impeditus, & non soluerit, non cadit, in commissum. Item si quis ignorauerit mortem patris, & infra annum non soluerit Releuium, nō tenetur ad duplicatum releuium, nec feudo priuatur. Grammat. decisione quinquagesimasecunda. Item si absens reliquerit procuratorem, & dominus elapso termino non vult recipere canonem a procuratore, quid dicendum? Boerius decisione nonagesimaoctaua, in fi. Item si res emphyteutica permutatur requiritur assensus, & si reuertatur ad priorem dominum, nouus assensus requiritur, Boer. decisione nonagesimaoctaua, vbi loquitur in beneficio, & est eadem ratio. Item si dominus alienat ius suum emphyteuta præfertur. Item colonus tenetur potius domino, quam exteris fructus vendere, Boer. decisione centesimaseptima. Item si conducens rem ad longum tempus transit in eo vtile dominium, ita quod soluens per triennium cadit a iure suo, etiam si sit facta locatio per decennium, Boerius decisione 234. Item tertius potest soluere canonem, nec incidit in commissum emphyteuta, Boerius decisione 279. quanquam contrarium teneat hic Ias. si soluerit nomine suo. Item si elapso tempore dominus declarauerit velle rem incidisse in commissum, non potest moram purgare emphyteuta. Afflict. decisione cētesimaseptuagesimaquarta. Itē emphyteuta decedens sine filijs hæredes possunt petere meliorationes factas, Paris de reinteg. feud in verbo, & circa, folio nono. & quid in feudatario? Isern. in titul. hic finitur lex, in verbo, si vasalius. Item vasallus potest vendere sine assensu meliorationes, & creditores possunt se immiscere in possessionem dictarum meliorationum, directus tamen dominus præfertur pro eo pretio, quod inuenitur, Paris, de reintegr. feud. in verbo, & fuit facta, numero decimo. Item si dominus concedit, vel locat feudum vltra tempus statutum, an concessio annulletur in totum. Par. de reintegr. feud in verbo, & an res, folio vigesimo. Item si soluatur pars canonis non deuoluitur alia, restante non soluto, Paris de reintegr. feudi, in uerbo, an si rusticus, folio vigesimotertio. Item solutio partis canonis facta per vnum ex hęredibus, quod non euitat caducitatem alterius partis. Idem in alienatione, Par. de reintegr. in verbo, an sit. folio vigesimoquarto. Item plures hęredes possunt inter se diuidere rem emphyteuticarlam per adiudicationem, non pro sossata. Par. de reintegr. in verbo, & iusta, folio vigesimoquinto. Item si emphyteuta concederet alicui seruitutem, non propterea priuatur re emphyteutica in d. verbo, & iusta, folio vigesimosexto. & quando hic quærit Barto. an sua authorit. dominus possit expellere emphyteutam, vide Afflict. in constitutio. pacis cultum, numero vigesimonono. & quid de feudo, vide Par. de reintegr. feud. folio vigesimonono. Item si conceditur emphyteutę, pro te, & filiis tuis descendentibus ex te, fœminæ intelliguntur ex tuo corpore, vel filij tui. Hippoly. singul trigesimotertio. & in dubio, an censeatur contractus emphyteuticus, vel censualis, Hippol. singul. nonagesimoquinto. Item si venditur res emphyteutica tamen nulliter, non potest præferri directus dominus: nec aliquis pro eo, nec soluitur laudemium, nec habet locum ius congrui, Tiraquel. de retract. §. primo, glo. secunda, folio decimotertio. Item si fuit facta conditionalis non translata possessione, non incidit in commissum nec ad aliquam pœnam statuti. Tiraq. ibidem numero tertio, folio decimotexto. Item si fuit iudicatum rem esse deuolutam tertius prętendens interesse habet ius offerendi, Afflict. decisione centesimanonagesimaseptima, quamuis non loquatur in emphyteuta: tamen ita practicatur. Item recipiens canonem ignonoranter non videtur remittere caducitatem, Tiraquel. fol. septuagesimosecundo, numero vigesimnsecundo Item ad impediendam caducitatem potest opponi cumpensatio, Tiraquel. fol. 127. numero quarto. & si alienatur irrequisito, domino, etiam quod apponantur illæ clausulæ, nec aliter, nec alio modo res incidit in commissum, & si alienatur pars illa tantum, & non tota, Grammat. decisione quadragesimanona, & clausulę ponuntur hic per Ias. Item si sit magna res, & magni pretij, & venditur pro modico, & pro illo modico submittatur sub natura emphyteutica, si non soluit postea per triennium, illa res non deuoluitur in totum: sed pro illa parte pretij pro quo submittitur, Afil. decisione nonagesima. & alienata parte feudi illa pars tantum incidit in commissum, Aluar. in capitu. primo, § aut si libellarij, quibus modis feu. amitt. fallit tamen quando est nulla facta: fallit & quando alienatur in aliū emphyteutam. Hippol. singu. 28. Item in datione in dotem rei emphyteuticæ non requiritur consensus domini. Tiquell. de retrac. folio nonagesimoquinto, numero vigesimoprimo. Item concors litis præfertur extraneo ementi alio consorti. Tiraq. fol. centesimouigesimosexto. Item vnus ex pluribus hæredibus potest reuocare rem emphyteuticam alienatam sine consensu & postea recuperet, an perdat rem? Tiraquel. folio 177. numero secundo. Item si dominus directus ceperit rem iure prælationis, non potest postea illam alteri cedere, Guido Papæ, decisio. 441, & si res emphyteutica est data in dotem cum consensu domini soluto matrimonio, quomodo fiet restitutio rerum emphyteuticarū, & an requiratur assensus de nouo? vide notabiliter Bart. in l. vsufructu, in fi. ff sol. mat. & de materia emphyteutica, vide amplissime Iulium declaro, in tract. de emphyteusi. *Mangr.*

Quis si tu venditares fundum.) Bald. in authent. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles. in l. solemnibus C. de rei vendicatio. Aretin. in §. si vir vxori, la prima ff. de acquiren. possess. numero quadragesimosexto, & Corn. 217. primo volum. & Alexand. in consilio centesimoseptuagesimotertio, numero septimo, volum. secundo, & consil. 106. volum. quarto. numero quarto. Tiraquel. in rep. l. si vnquam, in ver. reuertatur, nume 8. de reuo. donat. Dec. consil. 341. in fi. col. *de Bottis.*

Sed melius erit si fiat authoritate.) Vide Afflict. in constit. pacis cultum, num 29. *de Bottis.*

Quaro, quid si elapso termino.) Pau. de Castr. in l. tertia. §. . . . de eo, quod certo loco. & quid si procurator recepit talem solutionē pensionis, vide optime per Afflict. in decisione centesimanonagesimanona, numero nono, cum sequentibus, & quid si ignoranter cepit pensionem, vide Tiraquell. de retract. lignag. §. primo, gloss. decima, numero vigesimosecundo. & an possit rem emphyteuticam alienare ex causa necessaria irrequisito domino & quę dicatur causa necessaria, vide Afflict. in decisione cētesimanonagesimaprima, & an possit obligare irrequisito domino, & quid in permutatione, vide Tiraquell. de retract. lignag. §. quinto, glo. decimaquarta, numero quadragesimoquarto. & quid in donatione in dotem. Tiraquel. in dicta gloss. decimaquarta, numero nonogesimoprimo, & centesimooctauo, quid si vnus ex dominis præstat assensum, alter vero vult præferri emptori pro eodem pretio, an possit. vide Tiraquel. de retract. lignag. §. vndecimo, in gloss. septima, numero quarto. & ibi, an emptor possit dicere, aut totū accipias, aut dimittas, & §. vigesimotertio, gl. prima, numero vigesimo, si emptor vltra pretium donat venditori rei emphyteuticæ centum, an debeantur laudemia illorum centum. Tiraquel. de retract. lignag. §. primo, in glo. 18. nu. 19. *de Bottis.*

In vltima gl. huius l.) Tiraquel. de retract. ligna §. 35. glo. 4 num. 35. & Dec. consil. 58. in fi. *de Bottis.*

Bene, quod restituitur hares.) Et quid si alienat saluo assensu, & non aliter nec alio modo, vide Grammat in decisione quadragesimanona. *de Bottis.*

L. Cum dubitatur.

In princ.) Vide Guido Papæ in decisione vigesimaquarta, vbi si venditor vendit rem censualem, & diceret eam liberam, talis declaratio prodest emptori vt non petēdo inuestituram, vel nō soluendo canonem nō incidit in commissum. de quo vide Gulielm. Benedict. in Repet. capitu. Raynutius, in verbo. & vxorem, numero 111. de testam. & in quibus casibus possit emphyteutica res alienari irrequisito domino, vide Addit ad Afflict. in decisione nonagesimaseptima. & an dominus possit propria authoritate expellere emptorem ipsius rei absque eius voluntate. vide Afflict. in dicta decisione nonagesimaseptima. an in donatione ex causa onerosa habeat locum dispositio huius legis. fin. vide Tiraquell. de retract. ligna. §. vigesimoquinto. in glo. secunda. *de Bottis.*

Donare irrequisito domino.) Guido Papa, decisione quadragesimasexta. *de Bottis.*

Quia contra illum alium dominus.) Vide Pau. de Cast. in l. in venditione. ff. de actio. empti. Afflict. in capitulo primo. §. præterea, numero vigesimoprimo, de capit. Corne. vide Afflict. in decisione nonagesimaquinta, & Negusantius. in tract. de pign. in quarto memb. secundæ partis, numero centesimouigesimoseptimo, & an emptor rei emphyteu. possit cogi a directo domino recognitionem facere, & instrumentum recognitionis, & quæ veniant in tali instrumento. *de Bottis.*

De sponsalibus, & arrhis sponsal. Rubrica.

Vide Dec. consilio 368. quæ dicantur sponsalia de præsenti, & quæ de futuro, & an de sponsalibus de præsenti videatur recessum a sponsalibus de futuro, & an oscula, amplexus, & receptio munerum in maiori, vel minori faciant transire sponsalia in matrimonium, Decius consil. 603. vbi etiam quod propterea desponsata de præsenti præfertur secundæ etiam cognitæ, & latius consil. 681. & vide Aretin. consil. 442. vbi de intellectu cap. super ea, de condi. apposi. & vide Decium consil. 638. & de conditione si fuerit reperta virgo. Socin. consilio tertio, lib j. & vide Asten. in sua summa. *Mang.*

De donat. ante nupt. vel propter nupt. & sponsalitijs. Rubr.

Hodie in regno donatio propter nuptias dicitur Antefactū. Itē de antefacto vsuras non licet percipere ex mora, vel fructus, & hoc ex iure cano. de iure autem ciuili licet facere, Anthen. de non eligen. sec. nub. §. si autem omnes. facit decisio. Afflict. 291. vbi determinatur non posse percipi lucrū ex antefacto. & ratio est. quia antefactum est lucrum dotis, authen. dos data, infra eo. & hac ratione non debetur, antefactum si non fuit soluta dos, tamen si fuerit promissa, & adhuc non venit dies solutionis siue in totum, siue in partem, si antefactum fuerit promissum, vtique debetur. Gramma. decisione nonagesimaseptima, & antefactum etiam in regno dicitur dotarium, & de eiusmateria, vide Afflict. in const mulier quæ dotarium, & quando vir lucretur dotem, & quando vxor meretur donationem propter nuptias Boer. decis. 22. Afflict. decis. 242. & 333. *Mang.*

L. Sed iam necesse.

In princ.) Adde, quod idem Bart. contrarium tenuit in l. assiduis. infra qui pot. in pig. habe. si transacta sunt tempora non numeratæ dotis, propter quod est necesse dicere, vel quod hic loquuntur quando tempora adhuc non sunt transacta, vel quód ibi loquatur iuxta terminos huius leg. hoc est, quod habeat priuilegia anterioritatis. aut quod ad exclusionem præsumptionis fraudis, & hoc tenet Bulga in l. prima, numero vigesimosexto. ff. soluto matrimonio, & ibi Bartolus. numero centesimoquadragesimooctauo, ad quod vide Afflict. decisione 402. item præsumptio quæ insurgit de confessione mariti, quando confitetur emisse aliquid de pecuniis vxoris, cessat si apparet vxorem aliunde potuisse habere, Dec. cons. 455. numero vigesimoprimo. Item incrementum dotis non debetur si non fuerit soluta dos. Decius cons. 644. in fine. & quando confessio mariti sibi præiudicet, vel alijs creditoribus. Campe. de dote, folio 242. Alexan. consil. 142. volum 5. *Mangr.*

Ad idem. Vide late per Bal. Nouel. in tract. de dote, par. 10. ver. septimo fallit. & Afflict. in decis. 402. an autem præiudicet marito Tiraq. quod sic, in l. si vnquam, in ver. donatione largitus. num. 48. de quo tamen ibi, nu. 86. *de Bottis.*

De nuptijs. Rubr.

L. Si vicinis.

In prin.) Et quando vxor nominata est a viro, & tanquam vxor reputata est, Alexand. consilio centesimoquinquagesimo, libro quinto, ad idem Dec consil. 133. vbi quod in probatione matrimonij requiruntur exacte probationes, sicut in criminalibus, & latius idem consilio 310. sed pro matrimonio ibidem, cons. 161. & in causa matrimonij mulieres sunt idonei testes Dec. consil. 342. & de matrimonio probando inter dispares, Apostil. ad Pan. Cast. in l. parentes supra de testam. & instrumentum dotis; licet non probet quo ad matrimonium, probat tamen quo ad restitutionem, Camp. de dot. vol. 1. fol. 300. *Mang.*

De incestis, & inutilibus nuptijs. Rubrica.

Auth. incestas.

Quaro, vtrum ista bona.) Vide Dec. cons. 235. num 4. *de Bottis.*

Auth. ex complexu.

In princ.) Adde quod spurij seu ex dānato coitu nati non succedunt matri dummodo non sit illustris, & si sint nati ex concubina retenta domi succedunt etiam quod sit illustris. quæ omnia voluit Abb. in cap. tanta extra qui filij sint legitimi. Item si filij sint legitimati per Principem, & in legitimatione est expressum, succedunt, Afflict. decis. 195. Boer. decis. 123. & Isern. plene in cap naturales, si de feud fuerit contro. Item pater tenetur dotare filiam spuriam. Boer. decis. 127. Item si quis contraxit incestas nuptias, bona quibus applicentur. Boer. decisio. 264. & an sit alimentanda, vel dotanda, Capic. decis. 164. *Mang.*

Sed an de iure canonico.) An autem hoc procedat in terris imperij, vide Capic. decis. 164. *de Bottis.*

Si quacunque praditus potestate, &c. Rubrica.

No. ad hanc rub. quod officialis negligens in faciendo iustitiā priuatur offic. Item similiter Baro priuatur iurisdictione. facit tex. in l. si quos supra de off. præfe. præto. Illyr. & l. si aliquid. C. de suscepto. libro vndecimo, & Anto. de Nigr. super capitulo grauamina Regni. & lat multa cumulat in l. eum qui rē, supra de

de procura. Afflict. in constitutio. statuimns, & in constitutio. officiales. Item officialis, videns subditos tıaanies, & non occurrit, priuatur officio, Paris. de syod. in verbo. qualiter, numero octauo, fol. 205. Item si iudex fuerit interpellatus qđ faciat iustitiam non requiritur vna, sed trina interpellatio, vt possis subditus adire superiorem. Par. in d loco, & in ver. negligentia, fol. 98. & ad plenum de negligentia officialis, Baronis, & aliorum Potestatum, & quando teneantur de imperitia. Barto. & quæ ibi posui in l. fina. ff. de var & eatraord. cog. Item si vasallus fuerit exemptus a iurisdictione domini, non tenetur amplius seruire: & officialis, qui fuit semel remotus ab illo officio non potest ad illud amplius reassumi, Paris de synd. in verbo, an officialis, folio 257. Item Baro maletractans vasallos suos priuatur tota iurisdictione eorum etiam, quos male non tractauit, Grammat. decisione centesimaquarta. Item propter tardatam, & denegatam iustitiam aditur magna Curia, & scribitur Iudicibus inferioribus quod infra tantū tempus expediant causam, alias auocabitur ab ipsis causa, & dicuntur literæ comminatoriæ, est cōstitutio, regni. iustitiarii nomen, & Afflict. & ibi in constitutio. statuimus dominus priuatur iurisdictione vasallorum, propter malam tractationem. quos non debet acriter verberare. Boer. decisione quinquagesimaquinta. propter sænitiam domini vasallus potest exire a iurisdictione sua. Boer. decis. 160. numero decimoquarto. Item hodie vasallis Baronum conceditur saluaguardia, quod pro debitis antiquis non possit molestari durante lite. Item quantum duret ista saluaguardia, & de pœna frangentis eam, Boer. decis. 297. quādo dicatur maletractare, Boer. decis. 104. Item si post litem inceptam cum Barone sit capta aliqua informatio de recenti, præsumitur odio capta. Bart. in l. de pupillo §. is qui. ff. de no oper. nunci. & de eacessu Baronum, vide Par. in tract. de synd. in verbo, excessus Baronum. *Mang.*

De secundis nuptijs. Rub.

ADuerte, qood pœnę transeuntium ad secunda vota qnatenus respiciunt vtilitatem filiorum, non sunt correctę de iure canoni. Decius consilio 87. & 203. Afflict. decisione octuagesimatertia in fi. Item dictæ pœnæ non habent locum si nubat de præterita sibi data licentia a viro, vel a filiis. Firman. in verbo. licentia. numero octuagesimoquarto, & Dec. hic. Item secundo nubentes non dicuntur pudice viuere, tertio verò nubentes dicuntur inhonestissime viuere. Ange. in l. si pater, numero tertio, C. quando mulier tutelæ officio fungi poss. Item secundæ nuptiæ dicuntur signum incontinentiæ. Bald. in authentica. quia relictum. C. de indic. viduit. tolle. & quod si filij tacite, vel expresse consentiant cessat pœna secundo nubentium. Decius consilio 206. numero terno. Item si vir leget, vxori, mille si nō nupserit, & si nupserit quingenta, videtur dedisse, licentiam nubendi. Decius consilio 485. numero nono. Item occidens vxorem non ducit aliam. Decius consilio 525. in principio. Item in virginitate viuitur gloriose, in matrimonio pudice, in viduitate caste, in concubinatu impudice in stupro damnabiliter, in adulterio damnabilius, in incestu damnabilissime, Bald. in cap. causam, numero septimo, de probatio. Item filij omnium matrimoniorum sunt æquales matris. Decius consilio sexagesimotertio. Contristantur amici viri per transitum ad secunda vota. Camp. de dote, folio 287. Item mulier transiens ad secunda vota priuatur tutela, & si moritur secundus vir non potest redire ad interceptam tutelam, Boer. decisione 268. & quando impartitur licentia nubendi vtrum possit retinere tutelam, vide Iaso. post Bald. in l. filium, quem habentem. supra fam. ercisciun. & an illa licentia intelligatur infra annum luctus concedere facultatem nubendi salua tutela. Ias. ibidem, *Mangrel.*

L. Si mulier.

In princ.) Vide Boer. in decisione 186. & ibi qualiter procedat. *de Bottis.*

Quæro vtrum pœna.) Adde Curt. iun. in consilio nonagesimoquarto, num. 2. *de Bottis,*

L. Fœmina.

Venio ad ver. illud quæro.) Vide moder. in cap. regni, mulier quæ dotarium. num. 53. *de Bot.*

In addit. ad verbum, fœmina ibi, de transitu ad secunda vota.) Quid si mulieris transeuntis ad secunda vota primus filius primi matrimonij mortuus sit viuente matre, an in eo, quod lucrata est ex primo matrimonio admittatur filius ex secundo matrimonio, ad agnati ex primo matrimonio, vide Afflict. decisione centesimanigesimaseptima, Bal. consilio centesimoquinquagesimotertio, vbi de intellectu l. fœminæ. & an mulier secundo nubens succedat in bonis filii præmortui in proprietate, an in vsufructu. Afflic. decisione septuagesimaquinta. & si non petierit tutorem filijs. & conuolauerit ad secunda vota? Abb. in capit. ex parte, il secondo. numero nono. de appellatio. tractat, an perdat successionem. & vide consilium Soci. trigesimumquartum, in princip. libro primo, vbi per totum sed annexis quæstionibus, & vide Aretin. in §. præferuntur, Institutio. ad Tertullia. & quando mulier transiens ad secunda vota priuetur successione, ad plenum Gulielm. de Benedict. in capitulo Raynutius, detestatnē. folio 639. 641. & ibi plenius, quam alibi. Item si de voluntate, vel filij, vel viri transit ad secunda vota, nullam pœnam incurrit, & lucra consequitur. Boer. decisione centesimadecimatertia. Item vxor relicta executrix conuolans ad secunda vota non dicitur amplius executrix. Barto. in l. a filio. ff. de cib. & alimen. leg. Item illud, quod dicitur, quod trāsiens ad secunda vota perdit proprietatem, illud non procedit ex causa onerosa, quando bona habet titulo oneroso: sed procedit in bonis ex causa lucratiua acquisitis. Boer. decisione centesimaoctuagesimaquinta. Itē mulier transiens ad secunda vota perdit legatum. & hæreditatē sibi datam per maritum, Boer. decisione cētesimaoctuagesimasexta, vbi refert quandā mulierem viginti duos maritos habuisse. & an mater, vel pater trāseundo ad secunda vota perdat successionem filiorum. Boer. decisione centesimaoctuagesimaseptima. Item an si matri transeunti ad secunda vota est relictū a filio minus legitima, an possit petere supplementum Boer. tenet quod sic in decisione centesimanonagesimaprima, & centesimaoctuagesimasecunda, quod durum videtur per tex. in §. hinc nobis, in Authen. de nupt. Item pater & mater transeuntes ad secunda vota, & succedentes postea cū aliis fratribus ad successionem filij, an succedant in parte proprietatis, vel vsufructu. Boer. decisione centesimanonagesima. Item mater succedit filio pleno iure in bonis auitis, & quæsitis per filium exceptis paternis, Boer. decisione centesimanonagesimasecunda. Item legitima non constituitur in vsufructu, Boer. decisione 147. Item mulier committens stuprum perdit dotem, Pau. de Castro, consil. 147. libro secundo, & Decius consilio 147. vbi de hoc, & de multiplici cautela ad euitandum istam l. & si mulier donet extraneo, & postea illum ducat in virum, Decius in d. consilio & ibi si pacificatur vir pro filiis nascituris & vide Syl. nupt. folio quadragesimo primo, numero vigesimoprimo, & de mater. a illius l. Boer decisione 111. Item pœnæ secundo nubentium habent locū in mulieribus inhoneste viuentibus Barto. in l. his, infra de reuocand. donat. Ioan. Lup. extra de donat inter vir. & vxor. in verbo, vnū demum, folio quadragesimooctauo. *Mang.*

Authen. Ex testamento.

Ista est periculosa gloss.) Vide Gulielm. Benedict. in cap Raynutius, in verbo, & vxorem, quinta decisione, numero octuagesimoprimo, & Boer. in decisione 185. numero decimoseptimo, & ibi quid si bona sunt subiecta fideicommisso, & quid si extant filij vterini, vel patrueles tantum. ibi. numero decimooctauo, & quid si extat filia, quæ renunciauit. *de Bottis.*

L. Generaliter. §. In ijs autem.

In prin.) Adde quod talia lucra tanquam æs aliom debentur filiis, Decium consilio octuagesimoseptimo. Afflict. decisione trigesimaseptima, & 127. & qđ non habeat, vt hęres, sed ex noua causa acquirit, idem Dec. 151. & 314. super quæ cogita quia filia exclusa a successione vigore const. regni non excluditur a talibus lucris. Dec. cons. 205. 203. 388. & 396. *Mang.*

L. Hac edictali.

In prin.) Vide ad hanc l Dec. cons. 19. & 351. & Boer. decisio. 137. 20. & 21. 203. *Mang.*

Mulier dat in dotem) Adde Decium in consilio 283. in primo, & in cons. 19. colu. secunda & Hippoly. in fi. numero 80. de iurisd. omn. iud. *de Bottis.*

§. His illud.

Nota secundo, quod illi.) Adde Alexand. in consilio 66. volu. sexto. *de Bottis.*

Contrarium dicit gloss.) Vide Soci. consilio 131. libro primo, columna fina. Decium consilio 607. & 608. Corne. consilio 173. Decium consilio 363. & adde, quod si agit non pręstita cautione admittitur, & non fertur sententia in eius fauorem sub conditione si cauerit, Decius consilio 418. Item qui donauit reseruato sibi vsufructu non cauet, Decius consilio 266. numero quinto, & in Ciuita. Neapol. quod teneatur pręstare mulier vidua fideiussorem de bene vtendo, vide Anton. Capic. in consuetudi. Neapol. de iure quartæ, incipien. quartam autem. *Mangrel.*

Si se-

Si secundo nupserit mulier. Rubrica.

Rep. Authen. Hoc locum.

IN *princ.)* Ad dicta per Bartol. hic adde Socin consilio 210. & Picum in l. Titia, la prima, ff. de legatis secundo, & Curt. consilio decimotertio, & decimoquarto, tenet quod si filius moriatur viua matre, superstitibus hæredibus extraneis, mater consequitur plenum vsumfructum. Deci. consilio 476. columnia prima, vbi sequitur opinio Curt. & vltra addit, quod si apparet de voluntate testatoris, quod habeat vsumfructum, tunc non habet locum consuetudinis interpretatio, de qua hic per Bartol & amplia etiam si sit dictum, donec cum filiis caste vixerit. Item, quod si habitauerit cum filiis durante uita post mortem habet plenum vsumfructum, Socin. consilio sexagesimooctauo, & sexagesimonono, libro primo, ibi vide. quid autem si fuerit vxor instituta hęres in vita, & post mortem alter, an censeatur vsufructuaria. Deci. consilio 278. Item si apparet testatorem voluisse plenum vsumfructum habere cessat hæc dispositio. Deci. consilio 418. & 476. vbi quod voluit esse dominam eius vita durante, & quod administret omnia eius bona, Dec consil. o 620. & 621 quod mortuis filiis nihil habeat, & quod secundum communem consuetudinem resoluatur in al mentis. Dec. consilio 485. vbi si reliquerit donec caste vixerit dando sibi substitutum post mortem, fit locus substituto post transitum ad secunda vota, non expectata morte. vide Decium consil 227. Item legatum in alimentis non dicitur proprie legatum alimentorum. Dec. consilio 526. numero actauo, vbi quod legatum nouercæ non resoluitur secundum hanc consuetudinem. & quid si remisit redditionem administrationis. vide Deci. consilio centesimoquinquagesimoquarto, & domina relicta, & quod omnes sint subditi ei. Bald. consi. 294. libroquinto. Item vxor relicta hæres durante eius vita si habet cohæredem, censetur relicta vsufructuaria, Deci. consilio 597, recurre ibi ad multa, & vide Deci. consilio 643. numero sexto, & Curt. consilio decimoquinto, in additione, ibi declarat an sit legatum purum, an conditionale? vide Boer. ad materiam decisione centesimauigesimaquarta, & centesimanonagesimaquarta, & vxor relicta vsufructuaria nō debet habere vsumfructum protocollorum, Bartol. in l. diuortio. §. si vir in fundo. soluto matrimonio, & vide de veritate Pau. de Cast. ibi & additionem ad Bart. *Mang.*

Et ista alimenta percipiet.) Adde Deci. consil. 607. colnmna secunda. *de Bottis.*

Et præcipio, quod Berta vxor mea.) Adde Iacobi. in l. si pater, in prin, ff. de iure dot. *de Bottis.*

De dotis promissione. Rubr.

L. Prima.

IN *prin.)* Vide Alexan. in l. sciendnm, in princ. ff. de verb. obliga. *de Bottis.*

L. Si voluntate.

Aduerte, quod popularis.) Adde Franc. In capitulo, super eo. columna secunda, de testib. vbi etiam de sene accipiente vxorem iuuenem, & vide Guido. in decisione 363. & Tiraquel. in l. sexta numero decimooctauo, de legibus connubialib. Ioan. Lup. in rubrica de donatio. inter virum, & vxorem. §. decimo, & Curt. iun. in consilio sexto, numero 20. vbi de viro nobili accipiente vxorem popularem cum maxima dote, Petr Duen. in reg. 221. in ii. limit. *de Bottis.*

Domina nobilis nubit mercenario) Quid si ista nobilis præmoriatur, iste iuuenis an donatio reuocetur. vide optimum consil. Aymo. in consil. 51. *de Bottis.*

L. Si pater.

In prin.) Adde, quod idem procedit etiam si filia renuntiauit hæreditati paternæ, vel maternæ, Afflict. decisione 178. Item etiam. si pater habeat alias filias, & in suis facultatibus non sufficeret nisi quantum fuisset pro solnendo dotem promissam. Idem Afflictus decisione 179. & si pater dotet filiam in mille exclusio oi eo quod sibi debetur tam de bonis maternis, quam paternis, Sil. nuptia. folio quadragesimosecundo, numero octuagesimo primo. fallit hæc lex si pater sit inops, & filia cōsentiat, vel sit filia naturalis tantū, Campeg. de dote, folio 286. quęstione decimasexta, vbi contra Bartol. ampliat etiam procedere in patre gerente negotia filiæ, quæstione vigesimaquarta, & quęstione trigesimasexta. de fratre dotante sororem cum pacto, quod non possit petere bona materna, uide ibi, & Afflict. vbi supra, & si pater, & mater simul dotant filiam, vel promittant filiæ dotem, promissio cēsetur facta pro rata patrimonii cuiusque ipsorum, Napod. in consue. si constante. Item si pater non habeat nisi vsumfructum vnius rei de ipso vsufructu tenetur dotare filiam. Boerius decisione septima. Item frater tenetur dotare sororem si soror non habeat aliunde. Item frater præsbyter tenetur dotare sororem pauperem de fructibus ecclesiæ. Item mater tenetur dotare filiam Item filius tenetur dotare matrem pauperem si est iuuenis, & dubitatur de incontinentia ipsius, Boerius decisione centesimauigesimanona & ibi etiam, quod vasalli tenentur dotare filiam domini pauperis pro prima vice, pro secunda vero non, Item si filia se nupserit pari sine consensu patris, pater tenetur eam dotare, si vero non pari, non tenetur, & quomodo pater cogatur præstare dotem? Boerius decisione 130. & pater qui dotauit filiam vna vice, & amittit dotem, non tenetur secunda vice eam dotare. Item si vidua vult ingredi monasterium, cogitur pater illi tradere primam dotem, Boerius decisione centesimatrigesimaprima. Item dando, vel promittendo dotem secundo viro intelligitur quantum dedit primo viro, Boer. decisione 137. & primam dotem pater non potest minuere nisi patrimonium eius esset diminutum, Boerius ibidem Item filia dotata a patre, vel a fratre de paragio non excluditur a successione materna, Isern. & Afflict. in constitu. Regni, in aliquibus. Item hodie per constitut. Regni, vt de successionibus, si simpliciter dotat non solum excluditur a supplemento legitimæ, sed etiam a successione materna, Curt. iunior consilio decimo. quid in patre, vel matre simul dotantibus filiam simpliciter vel certum quid exprimendo. vide constitutr. Regni Neapolit si constante. Nota hic, quod pater tenetur dotare filiam nubentem. Item si ingressa fuerit religionem, quia valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale Vnde si testator reliquerit centum si nupserit, & si erit religiosa quinquaginta, adhuc debentur ei centum. Item statutum, vel lex puniens al. quem cognoscentem nuptam carnaliter punitur eadem pœna si monialem cognouerit carnaliter, Hippol. singulari 215. & de nonnullis aliis casibus, Ias. in § fuerat, numero 01. de actionbus Ad materiam hanc plene Dec. consil trigesimoquinto. num pater possit minuere dotem. *Mang.*

In additione, in verbo, si pater. ioi, Et idem si pater esset grauatus.) An auus teneatur dotare neptem, quando filius habet ex quo possit filiam dotare. Bald. in authenti. res quæ, in principio, secunda columna, C. communia de legat. Pater inops non tenetur dotare filiam naturalē, quæ ex honesto exercitio potest sibi quærere dotem, Ias. in § fuerat, numero 104. Item non tenetur dotare filiam hæreticam. Iudęus pater tenetur dotare filiam effectam orthodoxam, numero 114. Pater non tenetur dotare filiam ingratam, quia ingratitudo tollit debitum naturæ, numero 117. *Mangrel.*

De iure dotium. Rub.

L. Etiam si non dotem

S*Ecundo nota, quod illud.)* Vide Alexandrin. consilio 151. *de Bottis.*

L. Si prædium.

Quod si primo iurauit.) Vide Hip. in rub. de fideiuſ. numero 203. cum seq. *de Bottis,*

L. In rebus dotalibus.

In prin.) Et vtrūm dominium donationis propter nuptias transferatur. vide capitu fina. §. sane, de donatio. inter virum, & vxorem, & vide Campeg de dote, volumine primo, folio ducentesimo uigesimonono, quæstione quarta, & vide Bald. de dote, folio sexagesimoprimo, & etiam in argumento dotis viget hæc lex. Bal. in authenti. sed iam necesse, supra de donatio. ante nupt. & an possit propria authoritate possessionem ab hæredibus auocare. Decius. consilio 672. *Mangrel.*

§. Omnis.

In prin.) Ad hunc textum vide Ias. in rubrica, soluto matrimonio, qui dicit, quod donec non est restitua dos. semper habet priuilegia fundi dotalis: & vide Socinum. consil. 147. numero nono, libro

libro primo, & Pau. de Castro, consilio 466. libro 2. qui intelligit hunc tex. quando per iudicem est decretum virum male vti sua substantia, vide ibidem. *Mangre.*

L. Cum quidam. *§. Præterea sancimus.*

In principio.) Limita istum textum non habere locum post decennium, quia videt remittere vsuras debitori ad hoc vt gratiosior euadat apud ipsum, l. cum quidam. §. dinus. ff. de vsuris. Item limita nisi infra biennium petierit vsuras, & interpellanerit, quia constituit illum in mora maritus. vide Ang. & Iat. & in d. §. fuerat de actio. *Mangre.*

De rei vxoria actione. *Rub.*

Quid sit de consuetudine Neapolitana, vide consuetud. quę inci pit, dos, & quarta. Item dos non potest peti sine instrumento dotali, & an contra instrumentum dotale admittatur probatio in contrarium, vide consuetudinem, contra instrumentum.

L. Prima. *§. Rei vxoriæ.*

Habet, quod stipulatio ficta non requirit.) Adde notandum simile per Felin. in capitulo, cum enim de constitut. & plura consimilia in quibus illud, quod non erat necessarium si fiat inutiliter actus sustinetur. Hippol. in l. vnius. §. custodię, a numero quarto vsque ad vigesimumprimũ de quæstio. & alia multa contraria ibi a numero vigesimoprimo, vsque ad trigesimum, & postea concordat distinguendo. Item si in actu non erat necessaria authoritas superioris, & interponitur inutiliter corruit actus, Felin. in capitu. cum ordinem, numero secundo, vbi latius Abb. in capitu. consulti. numero octauo, & nono, de procura. & de priuilegiis tacitæ hypothecę, de qua hic, Negusant. de pigno folio 196. & bona minoris recipientis dotem obligantur, Bal. de dote, folio 141. quęstio. 58. *Mangre.*

§. Taceat.

In princ.) Bald. de dote, folio 56. columna 2. ponit 7. limitationes. *de Bottis.*

§. Exactio.

In principio.) Breuitatis causa, vide Tiraq. folio nonagesimoquinto numero decimosexto, & Aret. in §. fuerat, de actio. quid in hac Ciuitate Neapolitana, vide consuetu. incip. si mulier, folio quinquagesimoquinto, & aliam, quę incipit, quarta. & ibi an possit constitui in bonis emphyteuticis, vel liuellis vel subiectis fideicommisso, & prohibitis alienari, & uide Lup. de donat. inter virum, & vxor. *Mang.*

§. Accedit

In prin.) Et an patre dotante inferatur tacita stipulatio, vel pactum nudum de restituenda dote, & an vestiatur cohærentia contractus, Bal. in dote, folio quadragesimotertio, quęstione 64. *Mang.*

De pactis conuentis. *Rub*

AN valeat pactum, quod non transferatur dominium. Tiraque fol. 81. nu. 114. *Mang.*

Auth. Quamuis.

In principio.) Ad hanc authenti. vide plene Dec. consilio trigesimo quinto, Afflict. decisione 170. & contra glossa fallentiam, quod authen. non habeat locum in dote promissa, Iaf. contrarium consuluit Ianuę, prout dicit in l. filia legatorũ, C. de legatis. *Mangre.*

L. Si mulier.

Maritus adhibere in eis maiorem.) Vide Roma. consilio. 436. columna fin. & an maritus lucrei fructus rerum paraphernalium, Bal. in l. in rebus, supra de iure dotium, numero vigesimooctauo. Item mulier pro bonis paraphernalibus non habet dotis priuilegia, Deci. consilio 131. numero tertio, vbi, quod non veniunt appellatione dotis fructus rerum paraphernalium, naturales indistincte vir restituit, & quando contra voluntatem vxoris omnes restituit. Aret. consilio 16., columna prima, Alexan. consilio sexagesimotertio, libro secundo, tripliciter cõsiderat bona, dotalia, paraphernalia, & obuenta, & in omnibus plene distinguit quando teneatur fructus restituere, & de omnibus late Decius consilio centesimouigesimoprimo, vbi quod in paraphernalibus non gaudet beneficio, dotisque priuilegiis, & quod bona supra dotem in dubio censentur paraphernalia, & omnes fructus tam naturales, quam industriales uir tenetur restituere, Alexand. consilio quadragesimosecundo, in principio, libro primo, & numero vigesimoquarto, quod si sit tradita custodia viro censentur paraphernalia, & quando istud procedat, Afflict. decisione quadragesimaquarta, & quid in fructibus perceptis de voluntate vxoris. Idem est in aliis quod in paraphernalibus, & quod naturales indistincte restituit, & quod paraphernalia habeant priuilegium hypothecæ, vel quod non habeant, Negusan. de pigno. foljo centesimononagesimooctauo, numero sexagesimotertio. *Mang.*

Quod tradidit de marito instrumenta.) Vide Guido. Papæ, decisione 13. *de Bottis.*

De dote cauta non numerata. Rubrica.

L. Quod de suo.

OPpo. quando in donatione.) Deci. consilio 196. prima columna. Couarru. in libro variar. resolutio. folio 126. Alexan. consilio 116. *de Bottis.*

De donatio. inter virum, & vxorem. Rubrica.

L. Bona.

NOtal. licet legatum.) Adde Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, libertis, numero 105. vbi ponit multas alias differentias inter legatum, & donationem inter virum & vxorem, quæ morte confirmetur. *de Bottis.*

De liberis alendis. *Rubr.*

L. Si patrem.

NOta ex principio, quod filius.) Vide additio ad decisio. Cap. 77. *de Bottis.*

De naturalibus liberis, *Rubr.*

L. Senatores.

IN quadam disputatione reprehendit.) Nota, quod pater non potest contrahere cum spurio. vide tamen Guliel. Benedict. in capitulo, Raynutius, in verbo, & vxorem, quinta decisione, numero 119 vbi pater potest acquirere spurio, & vide Pet. Duen. in reg. 366. in ampliat. 11. *de Bottis.*

Auth. Licet patri.

In prin.) Adde, quod spurio relinqui non potest, Dec. consilio 288. numero tertio, tamen in causa alimentorum relinquitur etiam spurio, Afflict. decisione nonagesimanona, vbi quod in dubio videtur relictum causa alimentorum si datur prædium ad alimenta, solum durante uita habebit, Bald. in l. eam quam, numero quadragesimoprimo, infra fideicommiss. Dec. consilio 31. numero quarto, vbi eo ipso quod bona reperiuntur penes spuriũ præsumitur fraus, & in foro seculari debentur alimenta spurio, Capic. decisione sexagesimaquarta, in principio, vbi etiã, quod hæredibus hoc onus incumbit, & si det filię spuriæ vltra quantitatẽ alimentorũ auocatur non a viro, sed ab ipsa filia, vel ab hæredibus eius viro mortuo, Capic. decisione 181. & si filius spurius habet vnde se alat, cessant omnia prædicta, Decius cõsilio 576. in principio, & pro filia moniali cui pater legauit aliquid

quid pro dote, Dec. consilio 611. sed quod solum pro alimentis non pro dote relinqui possit, Campeg. de dote, folio 287 quæstione decimaertia, & successor beneficij auocat dotes a filia spuria soluto matrimonio. idem, folio 391. quæstione quadragesimaoctaua. & si pater accepit emphyteusim pro se, & filio spurio exeundit successores alios, Afflict. decisione nonagesimano na. filio bastardo non relinqui potest, sed filio spurij, & sic nepoti potest etiam ex filio spurio, non solum ex filio legitimo, ac naturali, secus si esset ex filio incestuoso, Hippoly. singulari 143. & an filij nati ex concubina legitimentur per subsequens matrimonium etiam si sit factum in articulo mortis? vide Iaso. in l. sed si quæsitum. ff. de liberis, & posthumis, & Alexan. in l. si quia posthumos, eodem titulo, vbi ad plenum tractat quando valeat matrimonium in articulo mortis. Item filij concepti in adulterio non legitimantur per subsequens matrimonium, Abb. in capitu. tanta, extra qui filij sint legiti. & ibi differentia in succedendo inter spurios vulgo conceptos, & naturales. Et nota. quod Doctores Canonistæ tenent vniformiter, quod matrimonium contractum in articulo mortis valet, & ita etiam tenuit Bartol. in Authent. quibus modis naturales efficiuntur legiti. §. tribus. & si Romanus teneat contrarium in consilio 167. & pro communi Abb. in capitulo. innotuit, de electio. & gloss. in dicto capitulo, tanta. Item legitimatus per subsequentem matrimonium succedit feudo, Iser. in capitulo, naturales. si de feu. fuer. controuer. Afflict. decisione 195 Boerius decisione 123. Item legitimatus per subsequens matrimonium, substitutum excludit Item stante statuto, quod primogenitus succedat non succedit legitimatus per subsequens matrimonium si reperiatur ille, qui est legitimus, & naturalis, Boerius decisione 150. tamen vt ipse refert in fine suæ decisionis nō redditur certa dicta sua opinio. Item in legitimatione filij per subsequena matrimonium requiritur consensus filij legitimandi, quod fallit quando est infans, furiosus, vel demens, Boer. decisione 160. Item pater vocando filios naturales in testamento legitimos filij legitimi efficiuntur, etiam quod alij filij sint legitimi, Boerius decisione 240. vbi vocando naturales ad partes æquales cum legitimis efficiuntur legitimi. Item an stantibus alijs legitimis possunt naturales legitimari per oblationem Curiæ. Boer. in dicta decisione. Et quid de incestuosis, & eorum nepotibus, & de alijs an possint legitimari? etiam per subsequens matrimonium Marsi. singul. 130. & 121, *Mangr.*

L. Communium.

Extra illam ciuitatem, qua fecit.) Vide Dec. consilio 275. numero 7. vbi an legitimatus succedat agnatis, & consilio 365. numero quinto. *de Bottis.*

Qui petant tutores, vel curatores. Rubrica.

L. Nepotibus.

N*Am si mater fuit negligens.*) Vide Capram in consilio quinquagesimonono, & Tiraquel. de retrac. conuent. § 2 gloss. nu me. 79. *de Bottis.*

Vbi petantur tutores, vel curatores. Rubrica.

L. Magistratus.

V*Bi habet maiorem partem.*) Tiraquel. de retrac. ligna. §. 39. nume ro 7. *de Bottis.*

Quando mulier tutelæ officio fungi potest. Rubrica.

1 legẽ intelligamus in mr̃e, oportet nos dicere, ꝙ † expẽsæ factæ in petẽdis tut. pñt fieri diuersimode. Qñq; n. expẽdit ĩ ipsũ pupillũ, tũc q̃dã Moder. dñt, ꝙ hr̃et locũ mã, q̃ ẽ ĩ l. alimẽta. j. c. statim ibi videbitis. Qñq; fiũt expẽsæ ab ipsa mr̃e, tũc istæ expẽsæ nullo mõ repetẽr, ẽt si fuerit ꝓtest. q̃a cũ ista cura ĩiũgaĩ mr̃i, vt l. a. §. si mr̃, ff. ad Tert. & l. diuus, ff. q̃ pet. tu. dẽt hoc facer̃ suo sũptu, vt l. suo victu. ff. de ope. li. Qñq; fiũt expẽsæ, ĩ iudi. ĩ notarijs, & alijs sĩlib, & ĩ hoc vr̃ aliqualis opi. nã q̃dã dñt, ꝙ istæ expẽsæ simplr̃ ptinẽt ad mr̃ẽ. Alij dñt, q̃d pñt repeti a pupillo, ꝑ hãc legẽ: & hoc mihi placet, l3. n. mr̃ hẽat necesse facer̃ necessitate cãtiua, ñ tñ sibi intũgit nisi sola cura, nõ expẽsæ. Sic videas in vsufruct. cui iniũgitur
2 cura reficiẽdæ domus, ñ aũt † expẽsæ magnæ, vt l. iter fruct. ff. de dã. if. & l. dãni. §. ei cui'. e. tj. Sic in hr̃de, q̃ l3 necessario hẽat facere ĩuentariũ, tñ expensæ ꝯputant de hr̃ditate, vt l. scim'. §. ĩ ꝯputatione, de iur. deli. Pro hoc facit, q̃a mr̃ excusaĩ si nõ peuerit tutores filijs suis egẽtib. & pauꝑib. vt l. a. §. si mr̃, ver. q̃d si penitus, ad Tert. Vñ dico, q̃d hui' gñis expẽsæ pñt repeti a mr̃e, s̃m distĩctionẽ, q̃ dica ĩ alijs expẽsis circa alimẽta pupilli, ut l. alimẽta. j. eod. & hoc mõ dẽtis ĩtelligere q̃d dixi s. l. ꝓxi. Etiã possumus hãc. l. ĩtelligere ĩ ext̃nea, & tũc si q̃dẽ fuerit ꝓtestata, q̃d faciebat aĩo repetẽdi, nõ ẽ dubiũ, vt l. Nessẽnius ff. de neg. ge. Si vero nõ fuerit ꝓtestata, tũc ex qualitate ꝑsonæ p̃sumeret, an fecerit amicitia pa-
3 terna vel domestica, an vero aĩo repetẽdi. Quid. n. si aliq̃s † ꝓcurator ꝯsueuit viuere de salarijs, q̃ ꝑcipit ex curijs, si fecit expẽsas ĩ petẽdo tutorẽ, certè p̃sumit̃ fecisse aĩo repetẽdi. ar. l. excepto. j.
4 lo. & ibi no. sed si aĺs esset † q̃dã amicus pr̃is pupilli, nõ aĺs ꝯsuetus esset ĩ curijs, certè p̃sumeret̃ fecisse affõne pr̃na, vt s. l. ꝓxi. & l.
a is q̃ amicitia. ff. eo. Quæro q̃d si iste, a † q̃ litigauit in petẽdis tuto-
5 rib. succubuit, an expensas factas repeter quas repeteret si obti-
b nuisset? Vr̃ q̃d nõ, q̃a nõ gessit vtilr̃, sicut dicimus ĩ defensore, b vt l. iã tñ. §. i hac, iu. sol. & not. j. mã. l. ẽt. In. tñ circa hoc vr̃ aĺr dr̃e. de ele. c. vt ꝑteritæ, licet ibi loquaĩ ĩ alia mã s. in eo q̃ petit ꝯfirmari Abbatẽ, vel Ep̃m. Vlt. vide hic tex. c hui' legis ĩ fi. q̃ tex. vr̃ mi-
c rabilis. cũ cã erat ĩter istũ gerẽtẽ negotia, & pupillũ, tñ innuit q̃d ista materia, q̃ ẽ ext̃nea, admittaĩ ad allegãdũ, & ad ꝓbãdũ totũ suũ factũ ĩ fauorẽ pupilli, ex eo q̃d dicit se facere paratã. Aduer-
6 te, ego bñ repio, ꝙ ĩ fauorẽ sui bñ † admittaĩ terti' ad excipiẽdũ, & ẽt ad ꝓbãdũ, l. si suspecta. ff. de inof. test. & videbitis ĩ auth. nũc si hr̃s, j. de litig. & l. Titia ff. sol. ma. & l. ita tñ. §. quoties, ad Treb. sed
d q̃d ĩ fauorẽ litigãtis admittaĩ terti', d non repio, & max. mulier. Possum' dr̃e ꝙ sp̃ale ẽ hic, fauore minoris, vt q̃libet admittaĩ ad ꝓponẽdũ, & ꝓbãdũ except. ꝓ pupillo, ẽt si fuerit fœ. Vel dicam' ꝙ sicut q̃libet ẽ idone' defensor alteri', sine mãdato sup tota cã, ita pt̃ eẽ idone' defensor sup vno arti. In eo ãt ꝙ hic loq̃ de matera, & sic de fœmina, sp̃ale ẽ fauore pupilli: q̃d not. & tene mẽti.

ADDITIONES.

a Men. Quid si iste Ruy cons. 100 nu. 9. lib. 4 ou 5.
b Men. In defensore. Declat Ruy cons. 1. nu. 4 li. 3 in fi. si iustã cãm habuisset litigãdi
5 1 pm. Vide hic tex. Et est cõis itelĺs s̃m Ale. ĩ l. diuortio uer. iuxta hoc. ff. sol. ma. uide Par. cõs 15. nu. 2. 4 le. ĩ l. ille, à quo. § si ꝺ testõ ff. ad Tre. & Ias. ĩ l. uideam'. ff. ꝺ ĩ li. iu.
d Men. Admittatur tertius. Neuiz. cons. 17. nu. 38.

ANTIQVA LECT.

Cum impuberes. Hæc actio daĩ, ĩ pupillũ quatenus est locupletior, nisi alius esset gratis factur'. h. d. Op. ad pri. si est locupletior, ad negotia pupilli recurraĩ de necessitate rõnis. Sol. vt ĩ gl. j. Itẽ q̃rit gl. quo tpe dẽt esse locupletior, ut teneaĩ? Dic ut in gl. 2. Quæro de quo loquaĩ hæc lex, q̃ facit expẽsas ĩ petẽdis tutorib. R̃n. ꝙ pt̃ ĩtelligi, ꝙ loquaĩ de mr̃e. & tũc aduerte, ĩ petẽdis tutorib. fiũt multæ expẽsæ Primo ĩ ꝑsona ipsi' pupilli, tũc iure põt petere, s̃m dist. q̃ videbitis ĩ l. alimẽta. j. eo. Scdo ĩ ꝑsona ipsi' mr̃is, & tũc illud mr̃ nõ pt̃ repetere, vt dictũ est s. ꝓx. ergo dẽt facere ꝺ suo, vt l. suo victu. de ope. li. Quædã expẽsæ fiũt ĩ notarijs, & scripturis, & similib. & istas expẽsas puto matrẽ posse repetere, s̃m dis. formatã. s. l. ꝓx. & add. l. alimẽta, nã mr̃i iniũgit̃ cura petẽdi tutorẽ, nõ aũt iniũgũt̃ expẽsæ. Simile ĩ fructuatio cui iniũgit̃ cura reficiẽdi domũ, nõ tñ magnæ expẽsæ. Simile ĩ hr̃de, q̃ dẽt facere ĩuẽtariũ, nõ tñ suis expẽsis, vt l. scim'. §. ĩ ꝯputatiõe. j. de iur. deli. & apparet ex eo, q̃a lex excusat matrẽ ꝓp paupertatẽ ipsi' filii. Si. n. totũ deberet facere mr̃ suis expẽsis, ad q̃d atẽderet paupertas ipsius filii, vt l. 2. ad Ter. §. si mr̃. ver. q̃d si penit'. Quæro, q̃d si mr̃ petiit quẽdã ĩ tutorẽ, & succubuit, an tũc repetet expẽsas litis? Puto q̃d nõ, q̃a nõ gessit vtilr̃, ut l. iã tñ. §. ĩ hac, el 2. ff. iudic. solui. no. ĩ l. ẽt, j. man. In eo tñ q̃ petiit ꝯfirmari electionẽ factã de ꝑlato, vide Inn. ꝺ elect. c. vt ꝑteritæ. Mirãdũ vr̃ ꝺ tex. isto, ex quo hẽs, ꝙ tertia ꝑsona ĩ cã, q̃ est ĩter te & me, admittiĩ ad ꝓbãdũ defensionẽ meã, ꝙ est mirabile: tñ reperio hoc, q̃d tertia ꝑsona q̃nq; admittit̃ ad sui vtilitatẽ, ut ĩ auth. nũc si hr̃s. j. de litig. & l. si suspecta. ĩ pri. ff. de ĩnof. testa. & l. Titia j. sol. ma. & l. ita tñ. §. quoties, ad Treb. Sed ꝙ admittaĩ ad utilitatẽ alteri' litigãtis, hoc nescio nisi hic, & fortè ẽ hic, q̃a sicut q̃libet põt uenire ad defensionẽ alteri' plenariã, ita & sup vno capit. tm̃, vt hic vides. Mirãdũ est tñ hic, q̃m est mulier ista, & sic nõ vr̃ admitti. vt l. alienã. s. de Procur. Sd r̃ndeo, ꝙ hoc fit sp̃alr̃ fauore pupilli. Vel aĺr, ꝙ vbicunq; defensio etat facto mulieris mulier ipsa admittit̃. Ita loq̃ hic. Facit. j. de q̃õ. l. iterrogati. ff. de ædil. edic. l. q̃ro. de ꝓb. l. cũ ꝓbatio. Vlt. no. istũ finẽ, q̃a multoties occurrit, ꝙ si sint q̃dã tutores, q̃ oẽs fructus expẽdũt dicẽtes se expẽdere circa pupillũ, ꝙ tũc si q̃s ꝯsanguineus vult ꝙ illæ expensæ nõ possint pupillo ĩputari, protestet tutori ꝙ ipse est factu rus illas expẽsas gratis, & tũc illæ expẽsæ nõ poterunt dicto pupillo ĩputari, & sp̃ ĩtelligas, ꝙ sit ꝑsona, apud q̃ pupillus posset eẽ cautè, & securè, aĺs dictã ꝓtestatio posset annullari

LEX II.

Siue pro fratre. Q̃d cohæres expẽdit ꝓ cohærede, venit in actione negotiorũ gestorũ, nisi sit factũ ex necessitate cõionis, q̃a tũc venit actiõe fa. ercis. h. d. Not. ꝙ actio neg. gest. hẽt locũ, q̃n gerit̃ ex uoluntate, secùs si aliqua necessitate, vt hẽs ĩ l. hr̃des. § an ea. & §. idẽ iuris, & l. 1. ff. fa. ercis. & ĩ l. si cõest. c. Ex ista l. no. casũ, q̃d si uni debitori successerũt plures, q̃libet liberaĩ a ꝑsonali obl̃one, soluẽdo partẽ suam

quod apparet, quia si cogeret soluere totum, nõ veniret in actione negotiorum gest. Istud probat expresse in l. si testõ. §. 2. ff. de fideius. Contra hoc op. defunctus non liberaret soluendo partẽ, vt l. tuto. §. Lucius. ff. de vsu. ergo ex psona hẹredis non debet variari ꝯdõ obligationis, vt l. a. §. ex his, de ver. obl. Sol. Non dẽt variari q̃tum ad rem, vt liberent hẹredes solutione alterius rei, quĩ defunctus non liberaret, vt ibi, sed quantum ad modum soluẽdi bene variat, vt hic. De hoc hẽs in l. legatarius, in princi. de leg. 3. & d. l. 2. §. ex his. Venio ad ver. siue pignoris. dicit hic eãdẽ actionẽ, ꝯ ff. fami. ercis. l. hæredes. §. si vnus. Solu. vera est, expone hic eandem. s. in genere, non in speciei, & sic no. ꝙ est reperire actionem in genere, licet quidam Vltram. dixerint ꝯrium. Dixi in l. 3. in fi. ff. de acq. poss. vbi est gl. super verbo. genus, & in l. si seru⁹ communis Mæuii. §. si de stipu. seruo. a no. hanc legem, &c.

ADDITIO.

a Pom. Stip. seruo. Similis est ad hoc gl. solitaria, in l. fi. de magis. conuen.

ANTIQVA LECT.

Siue pro fratre. Qd cohæres soluit ꝓ cohærede absq; necessitate repetit actione negot. gest. alias fa. ercis. h. d. Ad euidentiam huius legis est sciẽdum, & notat ea prin. ꝙ si sint plures cohæredes, quilibet soluendo partem suam liberat, licet defunctus non liberaret solutione partis. Sic vr, ꝙ ex psona hẹredis mutet cõditio obligationis, quod dic plene, de verb ob l. 2. §. ex his. Ad secundam partem opp. de l. si cõmunes. ff. eo & l. hẹredes. § si vnus. ff fam erc. Solu. expone eãdẽ act. s. in genere, & sic est dare actionẽ in genere, licet Vltram. cõtra Simile no. l. si seru⁹ ꝯmunis Mæuii. ff. d stip. ser. vt dixi plene.

LEX IIII.

Qui pupillę. Mandatum gestoris, non impedit hanc actionem oriri inter dominum & gerentẽ h. d. No. hanc legem, q licet geram negotia pupilli ea mandato tutoris, est necesse, ꝙ geram negotia pupilli contemplatione pupilli, vt actio negotiorum gestori sit inter pupillũ & me. De hoc optime in l. si mandatum, ĩ. e. & ibi dicam, quod facit pro formatione libelli, vtrum sit necesse apponere in libello, ꝙ gesseris eius contemplatione, & hoc probare. quod no.

ANTIQVA LECT.

Qui pupillæ. Mandatum tutoris nõ impedit hãc actionẽ dari pupillo. h. d. Op. ꝙ dẽat dari actio mandati. Sol. hic mandauit tutor, nõ pupillus, & intelligas, ꝙ tutor mandauit negotia gerenda tanq̃ sua, hoc est pertinẽtia ad ipsum tutorem cura, & solicitudine, si eum fecisset procuratorẽ ꝯsentiente pupillo, s̃m formam l. neq;. s̃. de ꝓcur. hr actio, mãdati.

LEX V.

Officio. Q' qs facit facit ea necessitate obseqi debiti, ĩ hãc actionẽ negotiorũ gestorũ nõ uenit. h. d. ista lex.

LEX VI.

Curatorem. Si officiũ iniunctum non arctat gerentẽ, pro gestis competit actio negotiorum gestorũ. h. d. Opp. de l. creationibus, sup. de epis. aud. Sol. adulto curator in testamento non põt dari, ut hic, sed furioso benè potest dari, vt l. contraria.

LEX VII.

Si ab eo. Pro ea parte, pro qua debitor creditori succedit extinguit actio, pro reliquis firma remanet, &c.

LEX VIII.

Aduersus. Actio negotiorũ gestorum non tollitur præscriptione longis tẽporis. h. d. &c.

LEX IX.

1 *Ratihabitio, quando mandato æquiparetur.*
2 *Actio negotiorum gestorum vnde oriatur.*
3 *Actio negotiorum gestorum quando oriatur.*

a **Si pecuniam.** a In hac l. tractamus aliã materiã de nego. gest. In negotio quod est nostrũ ratihabitione, hæc actio orit ratihabitione secuta. h. d. Opp. & vr ꝙ ratihabitio nihil operetur, vt l. si pupilli. §. sed si ego. ff. eo. Sol. Hic exigit noĩe meo. merito põt haberi ratũ, aliàs secùs, vt io cõtrario, nisi ĩ subsidiũ. ut l mr. ĩ. de rei uẽ. & ibi videbitis. Op. qd exactio tertii nõ ꝓiudicat creditori, ut l. si Stichũ, in fi. de noua. Sol. Nõ ꝓiudicat, nisi ꝓcedat, mandatũ, uel sequat ratihabitio. Itẽ op. ratihabitio mãdato ꝯparat, vt l. semp q nõ ꝓhibet. ff. de reg. iur. & ĩ c. ratihabitionẽ, de reg. iu. li. 6. & l. fi. ĩ. ad Mace. ergo dẽt oriri actio mãdati, nõ negotiorum gestorũ. gl. ponit hic plures sol. quarũ tres põt esse veræ. Et ideo dicas sic. Qñq; ratũ hr negotiũ gestũ pro ꝓsente. & tũc ratihabitio ꝯparat mãdato, & orit actio mãdati, vt l. q patit & l. si remunerãdi. §. pactus. ff. mãdat. Qñq; hr ratum negotium gestum pro absente, tunc si quidem mãdatũ præcessit, licet non fuerit acceptatũ a mandatario, tunc tñ si postea qs gerat, secuta ratihabitione oritur actio mãdati, ut d. l. semp. & hic in d secunda solutione. Si vero nullum mandatũ præcessit, tunc orit actio negotiorũ gestorũ, ut hic in tex. & l. si pupilli. §. item quærit, ff. eo. Nec obstant regulæ cõtrariæ, quia ratihabitio cõparatur mandato, nõ tñ quo ad omnia. Ita hic gl. sentit. Tangitur per Cy. in c. ratihabitionẽ, de reg. iur. li. 6. Pro declaratione huius l. sunt videnda duo, quæ tanguntur in glo. Primo vñ oriatur actio negotiorum gestorum. Secũdo est vidẽdũ qñ oriat. Gl. nrã vñr dĩc, ꝙ ex trib. gñib. negotiorũ. s. qñ negotiũ ẽ nrũm re ipsa, ipso gestu, cura, & solicitudine, orit ea ipsa gestione actio, sed qñ negotiũ est nostrũ ratihabitione, tũc oritur actio ex ratihabitione. Ita vr velle gl. hẹc ibi, in ẽ quarto. Et vr velle gl. ĩ l. si pupillus. §. item quẹrit. ff. e. Dy. in dictis primis generib. vr dĩc ꝙ oritur ex negotiorũ gestione, & ratihabitione, tacita, vel expssa vt l. Põponius scribit. ff. e. In negotio, quod est nostrũ ratihabitione, concordat cum gl. Breuiter in dictis generibus orit actio ex ipsa gestione, seu ex ipso negotio gesto, & pro eodẽ accipio. Nec est verũ quod dicit Dy. ꝙ requirat ratihabitio tacita, vel expressa Nam furiosus nõ potest habere ratũ tacite, vel expresse, vt l. qui ad certum. ff. loc. & l certe. ff. de preca. & tñ si quis gerat negotia furiosi, oritur sibi, & contra eum actio negotiorũ gest. vt l. 3. §. & si furiosi. ff. eodem. In quarto genere quando negotiũ est nostrũ ratihabitione, fuit opi. gl. in d. l. si pupilli. §. itẽ quẹritur. Vltram. b tenent opi. ꝯ gl. nostrã, ꝙ orit ea neg. gest. non ex ratihabitione, sicut dicimus in simili, in l. ex placito. ĩ. de rer. pmu. Iaco. But. tenebat eandẽ opi. etiam contra gl. & bene, iudicio meo, ꝓ tex. in l. si pupilli. §. item quærit. ff. e. vbi dicit tex. ratihabitio inqt negotiũ nostrũ facit. Aduerte ergo, ꝙ ratihabitio disponit sup ipso negotio, & negotiũ ꝙ alias non erat nostrũ, per ratihabitionẽ efficit nostrum, non autem disponit super actione nascenda ex gestione, seu neg. ge. Ex ipso ergo negotio quemadmodũ est meum ꝑ ratihabitionẽ orit actio, non ex ratihabitione, aliàs proprius diceret actio ratihabitionis, quam actio neg gest. ꝙ nunq̃ est repertum, & licet istud sit de apicib. iuris, tñ esset vtile ad practicã. Vos scitis ꝙ quis põt cõueniri in loco ꝯctus, vel quasi ꝯctus, mõ ego gessi negotium tuũ in ciuitate ista, tu habuisti ratũ in ciuitate Florẽtię, si actio orit ex negotiorũ gestione, apparet ꝙ quasi ꝯctus est celebratus hic, & hic potes cõueniri, si ex ratihabitione orit, tũc possit agi in ciuitate Florentię, vbi quasi ille ꝯctus est 3 celebratus ex ratihabitione ibi secuta. Vidimus vñ oriat, q̃ro † qñ oriat ista actio negotiorũ gestorũ? Breuiter in trib. primis generibus negotiorũ, oritur actio statim cum gerit. Ita no. in l. nam & Seruius, ff. e. & bene. In negotio gesto quod est nostrum ratihabitione, orit demũ ratihabitione secuta, licet oriat ex negotio ante gesto, vt hic, & d. l. si pupilli. §. itẽ quẹritur. ff. eo. Nec ob. l. dispẽsatorem, in fi. ff. de sol. vt ibi dixi. Licet autem hoc sit verum in actione negotiorũ gest. vt oriatur actio illa, tunc cum geritur, tamen hoc non est verum, quando negotiũ geritur ex officio tutelę, vel officio societatis, quia tũc orit demũ finita tutela, vel societate, vt gl. dt hic, & bene, vt l. si tutor. ff. d tute. & ratio. distra, &c.

ADDITIONES.

a And. Barb. Si pecuniam. Et salua tex. qui dicit pecuniam tuam, non est necesse exponi tibi debitam, quia potest intelligi ꝙ pecunia erat deposita, uel commodata, & stat proprie, quia dominium non transit. An aũt isto modo potest pecunia commodari, est tex. in l. 3. § fi. cum l. seq ff. commo. est n. differentia inter suum, & debitum, ut no. gl. super uerb an debitum, in C. le auditor, de rescr.

b Io. Fr. Ru. Vltram. Adde Cy. hic, & Bar. in d. §. item quæritur, ubi idem tenet.

LEX X.

Si seruum. Quod expenditur in curando seruum vtilẽ, à domino hac actione repetit. h. d. Quẹrit gl. qd si iste seruus erat inutilis. Dic vt in gl. &c.

LEX XI.

1 *Mater quando possit alimenta facta filio repetere.*
2 *Protestatio declaratoria voluntatis, non habet effectum in his, quæ ex voluntate nostra non dependent.*

a **Alimenta.** a Qd mr expẽdit circa psonam filij, io dubio nõ vr facere aĩo repetẽdi, secus in eo qd expẽdit circa res. h. d. Et hẽt hęc lex duas partes, vt patet ex litera. Habetis duas gl. Vna ponit mãm, alia ponit vnũ, dubiũ. Op. ad prin. de l. Nesẽnius. ff. e. So. ibi mr fuit ꝓtestata, ꝙ faciebat animo repetẽdi, hic nõ. Op. secundo. ĩ. de pat. pot. l. nec filium. So. ibi loquitur de expensis, quas mater tenebat facere de necessitate ꝓcisa, q erat infans, vel fœmina intra biennium, vnde mater debebat eũ lactare, &c. Iõ ꝓ declaratione huius l. dẽtis scire, qd qñq; † mater expẽdit circa psonã filij de necessitate pręcisa, vt q filius est intra biẽniũ, vel q filius nõ hẽt als vñ viuat, vel q mrimoniũ est solutũ diuortio eius culpa, & onus filiorũ spectat ad mrem, vt l. nec filiũ ĩ. de pat. po. & l. si quis à liberis. §. siue parẽs. ff. de li ag. & ĩ. diuor. fac. apud quẽ lib. edu. l. 1. & auth. ibi posita. Isto casu mr nõ hẽt repetitionẽ, ẽt si fuerit ꝓtestata, quod faceret aĩo repetẽdi, vt gl. tua hic dicit, & bene. Quandoq; expẽdit de necessitate causatiua, vt in petendo tutores, & non admittitur, sicut dixi s. e. l. 1. & 2. Quandoque expendit ex voluntate, & tunc aut onus alimentandi filiũ spectat ad alium, vt puta ad patrẽ, & tũc mulier poterit repetere b ab ipso patre, vt l. Nessennius. b ff. eod. ibi, pone patrem peregre obiji-

ADDITIONES

a And. Barb. Alimenta. Quando patruus, vel frater præstans alimenta sorori diuitl, poterit repetere, vel imputare, vide d. s̃et. in cons. 215.
Men. Abb. c. cũ hẽret, de eo q. duxit in vxor. q̃ polluit ꝑ adulter. ĩ c. 3. de cõuer. infid.

b Pom. L. Nesẽni⁹. Hoc dclara vt ꝑ Aret. cõl 150 i simil. Alc cõs 99 vo. 2. vbi ponit, an expẽsę, ꝓ aliquo redimẽdo maxime a frę possit repeti, & vid et Bal. cõs. 50. i 5. pa-

obijsse, & l. si qs à liberis. §. si mr. ff. de libe. agn. &c. Ab ipso vero filio nõ poterit repetere, ẽt si fuerit ꝓtestata, qa alius erat facturus. s̃. eo. l. 2. Et istud tenet ẽt hic glo. q̃ vide, & postea faciant te-
a notare, & nota ibi, & hoc ẽt si fuerit ꝓtestata. Ex quo nota, qđ † ista ꝓtestatio declaratoria volũtatis, nullũ habet effectũ, in his, q̃ ex uolũtate nr̃a non dependẽt, sed sunt decisa, & determinata ꝑ legẽ. Qñq; onus alimentãdi spectat ad ipsum filiũ, tunc si quidẽ mr̃ gerebat alia negotia filij, in dubio vr̃ expẽd ẽẽ de bonis filij, vt l. Nessennius. ff. e. Si negotia filij nõ gerebat, in dubio vr̃ facere animo nõ repetẽdi, vt hic ĩ prin nisi fuerit ꝓtestata, vt d. l. Nessẽnius, ita dẽs intelligere hãc mãm. Et istud idẽ qđ dico de mr̃e, hẽt locũ i auia. Ita dicit gl. ĩ l. Nessẽnius ff. e. Venio ad scđam partẽ, hic dr̃, repetẽdi animo fecisse ostẽderis. Quæro qñ hoc ostẽdetur. Gl. dicit, & bene, eo ipso qđ nõ probatur contrariũ, præsumitur fecisse animo repetẽdi in expẽsis, q̃ sunt factæ circa res, &c.

LEX XII.

Si filius. Si so'uit filius pro patre animo repetẽdi, põt repetere. h. d. Quæro qđ in dubio, vtrũ ꝑsumatur facere animo donãdi, vel animo repetẽdi? Io. hic dicit, ꝙ animo donãdi in dubio. Vide gl. sed mihi vr̃, ꝙ hæc lex dicat ꝯrium, qđ in dubio nõ præsumatur aĩo donãdi. Nã primo dicit, qđ ita demũ non repetit. si habuit animũ donandi. Secundo dicit, ꝙ si soluit ꝑ patre, gerẽdo negociũ simpliciter, nec apparet vtrũ aĩo donãdi, vel nõ donãdi, q. l. pt repetere, qa ꝑsumitur fecisse aĩo repetẽdi. Et vide text. q manifeste h. d. hoc ẽt probat s̃. l. prox in fili, nã non ꝑsumitur expẽdisse aĩo donandi, nisi in bis quæ fiunt circa personã, vt s̃. prox. vidistis. Hoc aũt esset clarũ, si poneremus filiũ gessisse ex necessitete, puta q pro patre fideiusserat, vel eius fideiussores susceperat, qa tunc nõ vr̃ soluere aĩo donãdi, vt ff. fam. ercis. l. hæredes. § si filiusfa. & d. l. si dubitet. §. filius. ff. de fideius. Quæro, de quo soluit hic filius ꝑ patre. Certè si intelligas de peculio profectio, nõ est locus distinctioni huius l. qa cum illud pertineat ad patrẽ, & ẽt ad cohæredes, non posset repeti, vt ĩ. fa. ercis. l. certum. Si loquimur de peculio aduẽtitio, potest hęc lex ꝓcedere secundũ iura hodierna, vt possit filius repetere à cohęredibus, vel ẽt ab ipso patre, in casibus in quibus sibi nõ quęrit vsusfructus. Si ponis, ꝙ soluit de peculio castrẽsi, vel quasi, ꝓcedat sine scrupulo, qa in eo hr̃ vt pr̃familias, vt l. 2. ff. ad Mace. &c.

LEX VIII.

1 *Maritus, an teneatur de necessitate expendere in vxorem ęgram, vel non,*
2 *Et quando possit repetere.*

a Quod in vxorem. a Expensæ in curãdo vxorẽ factę nõ repetunr̃, secus in expẽsis funeris eiusdẽ. h. d. Quæro, qđ si vir fuerit ꝓtestatus ꝙ illas expẽsas faciebat aĩo repetendi, vtrũ possit repetere? Vr̃ ꝙ sic, vt l. Nessennius. ff. e. & ꝓ huius q̃onis declaratione, hẽmus videre v-
1 trũ † maritus teneat de necessitate expendere in vxorẽ ęgrã vel nõ, qa si tenet, licèt ꝓtestaret, nõ repeteret, vt habuistis in ĩ. c. l. alimẽta. Debes ergo scire, ꝙ qñq; est talis infirmitas, per q̃ vxor nõ ꝓhibet esse in obsequio viri, tunc sine dubio dẽt eã alere, & curare. ar. l. in reb. § pñt. ff. ꝯmo. de ope. liber. l. sicut. cõiũcta l. verbo, victus, de ver. sig. & tunc protestõ nihil operat. Qñq; mulier
b ꝑp infirmitatẽ ꝓhibetur esse ĩ seruitio viri absq; sua culpa, b tũc si quidẽ est dotata, vir dẽt facere expẽsas in curando eã fm q̃titatẽ dotis, vt l. si cũ dotẽ. § sin aũt. ff sol. ma. Et q̃tũ ad illud nihil operat ꝓtestatio ĩ ꝯrium, ĩ eo verò qđ excedet q̃titas dotis, dic vt dicã ĩ. qñ nõ erat dotata. Si verò mulier nõ erat dotata, si quidẽ hẽt aliunde vñ posset curari, vel supererat pr̃, qui ad hoc tenet, tũc maritus nõ tenet in eã expẽdere, & tunc hẽt locũ lex ista, ꝙ expẽsa simplr̃ facta, vr̃ facta affectione maritali, sed si esset protestatus, posset repetere, ar. l. Nessẽnius. ff. e. & l. qđ si nulla ff. de re li. Si verò nullus alius erat ad quẽ spectaret, nec ipsa aliũde habebat, tũc maritus ipse necesse hẽt facere, vt d. l. qđ si nulla, & ĩ. vñ vir, & vx. Auth ꝑterea, & tũc ꝓtestatio nihil oparet: aliàs ain qñ vir teneat vx alere, tãgit Dyn. ĩ d. §. sin aũt ĩ fęuissimo. & Cy. hic.

ADDITIONES.

a Paris. Quod in vxorem. Istud procedit solum in expẽsis factis pro vxore infirma, secùs pro sana. vide Alc. in l. in insulam § vsuras. ff sol. mat.
b Alex. Culpa. Adde latè de hoc per Rom. cons. 570. Abb cons. 55. & quæ posui in l. diuortio § si vir ff sol. mat.
Men. Ray cons. 1 9. nu. 1 2. 3. lib 4. Aret. consi. 98. in fi.

LEX XIIII.

1 *Actio nego. gesto. vt competat mulieri, vel contra eam, quid requiratur,*
2 *Libellus in actione negotiorum gestorum, quid continere debeat.*

Si mandatum. Mãdatũ mariti nõ impedit hãc actionẽ dari inter gerentẽ, & mulierẽ. h. d. Primo expediã secundã gl. postea reuertar ad primã. Oppo. nisi interuenerit mandatũ, non habet locũ hæc actio. Insti. de obl. q̃ ex quasi ꝯtu. §. j. Sol. Hic non interuenit mandatũ inter gerentẽ, & vxorẽ, sed inter maritũ & gerentẽ. Item opp. de l. si mandauero. §. si curator. ff. mand. Gl. soluit optime. Dic vt in glo. Venio
1 ad gl. primã, quęro, utrum ad hoc vt † actio negotiorũ gestorũ cõpetat mulieri, vel ꝯ eam, sit necesse, vt eius cõtemplatione sit gestum. Io. dicit quod sic. Gl. vr̃ contra, & vide gl. 1. & ista opin. Io. est cõtra hanc legẽ de directo in principio, vbi dicit, si mãdatum solius mariti sequitur: ergo apparet ꝙ nõn fuit contẽplatione vxoris, sed solũ contẽplatione viri mandãtis. Et ideo pro declaratione huius passus deberis scire, ꝙ qñq; quis gerit negotia alterius, & nõ hẽt animũ obligãdi aliquẽ, quia fortè putat negotiũ esse suũ, vel pro se factũ, tunc ista actio nõ oritur, sed hẽt locũ retẽtio, vt l. si in area de cond. inde. Fallit in possessore hereditatis, vt l. si pœnæ, §. 1. & l. repetitio de cond. inde. Qñq; hẽt animũ obligandi aliũ, tunc si quidẽ ille est dominus, ad quẽ spectat principaliter negotiũ, nõ est dubiũ qđ habeat locũ hæc actio, vt in toto titu isto. hic, & ff. Si verò nõ est dominus, si quidẽ ad eũ pertinebat negotiũ, qđ gerit cura, vel solicitudine solũ, hoc nõ impedit, qn actio negotiorũ gestorũ oriat cõtra verũ dominũ, licèt eius contẽplatione nõ sit gestũ, vt s̃. eod. l. q pupillæ, & l. si pupilli. in princ. ff. eo. Si vero ad eũ citius contẽplatione gerebatur, nõ pertinebat cura, & solicitudine, tũc si quidẽ ad eũ poterat quoquo modo pertinere, actio nego. gest. nõ dabit cõtra verũ dominũ, vt l. si pupilli § sed si ego. ff. eo. nisi negotiũ fuerit gestũ nomine serui, vel filij, qui habebant peculiũ, vñ ad eos pertinebat, & poterãt obligari, saltẽ naturaliter. Si verò nullo modo pertinebat ad eũ cuius contẽplatione geritur, & tunc oritur ista actio cõtra verum dnminũ, cuius contẽplatione nõ est gestũ, vt l. itẽ si cũ putaui. §. fi. ff. eo. & hoc modo debet intelligi hæc materia. Ex prędictis habes videre vtrũ sit necesse in † libello, vel in
2 articulo poni, vtrum negotiũ fuerit gestũ contẽplatinne eius, contra quem agitur, vel utrum ille contra quem agitur, gesserit contẽplatione agẽtis. Sed quæro in casib. in quib. hoc debet probari quod alterius contẽplatione sit gestũ, qualiter hoc probabitur? Respõdeo, sufficit ꝙ gerẽs sciat negotium ad eũ pertinere, quia in dubio videtur gerere eius cõtemplatione, vt l. ex maleficiis. § 1. ff. de act. & obl. Inst. de obl. q̃ ex quasi cõtractu. §. 1. Quæro & redeo ad gl. vlt. hic positã, utrũ inter maritũ & uxorem, in casu huius legis habeat locũ actio negotiorũ gestorũ? Certè sic, nã maritus vr̃ gessisse per aliũ. l. nam & Seruius. §. fi. ff. eod. &c.

LEX XV.

a Si paterno. a Expensæ factę circa personã priuigni, non repetũtur, nisi fuerint factæ aĩo repetendi, h. d. Quęro, qñ quis debeat probare aĩo repetendi se fecisse, quia est præsumptio contra eum, qualiter hoc probabit? Dicunt quidam, ꝙ probabitur ex protestatione, ut l. Nessennius. ff. eo. Põt etiã probari & alio modo, dicit glo. & nihil plus dicit. Quõ erit hnc, alio modo? Certè põt intelligi directè, utputa, quia quãdo expendebat, faciebat librum rationum in quo cõtinebatur, talis tenet mihi in tm̃, quod pro eo expẽdi, vt d. l. Nesseonius. Põt ẽt probari ex cõiecturis, q̃ sumunt ex qualitate personæ facientis, ut dixi in l. 1. s̃. eo. Item ex qualitate personæ eius, pro quo fit, vt distinguamus, an illa erat in seruitio in domo virici, aut non, quæ distinctio est valdè notab. & uide gl. quod tene menti. Vlt. quęro, ĩ quib. cessat actio neg. gest. Gl. hic enumerat, & uide eã.

ADDITIO.

a Si paterno. Adde Lu. Ru. consi. 252 pro his quæ hic dicuntur.

LEX XVI.

Si negotium. Expensæ factæ pro reb. sororis, repetunt̃ hac actione, vel mandati, si intercessit h. d. Quęrit hic gl. utrũ sit differẽtia inter rogare, & mandare? Certę nulla est differentia, ut l. 1. §. fi. ff. mand. &c.

LEX XVII.

1 *Directa actio nego. gestor. quare dicatur directa.*
2 *Actiones quãdo distinguãtur per actionẽ directam, & contrariã, & qño,*
3 *Actio quando dicatur directa respectu vtilis.*
4 *Interdictum vnde vi, licèt loquatur in ædib. tamẽ habet ẽt locũ in fundo,*
5 *Actio directa quando habeat locum, & quando vtilis.*
6 *Actio dicitur vtilis respectu directę, quæ competit eodẽ casu, itẽ respectu directa, quæ competit alio casu.*
7 *Cedens quando possit solutionem recipere, & debitorem liberare.*
8 *In actione neg. gest. contra hæredes, quando veniat dolus, & lata culpa.*
9 *Hæres gestoris necessarij, vel volũtarij, quãdo teneat ĩ minus, q̃ defunctus,*
10 *Hæres gestoris, an teneatur de leui culpa suspsius.*

Curatoris. Contra hæredes gestoris ex necessitate datur hęc actio utilis, ĩ qua uenit dolus, & lata culpa, & hoc officiũ ad hr̃des nõ trãsit. h. d. Pro declaratione istius ma-
a teriç a primo habemus uidere dr̃iam inter actionẽ utilẽ, & directã. Et ad hoc declarandũ est facta j. & 2. gl. huius legis. Et gl. nostra ꝑ huius declaratione primo uoluit uidere, vt sciamus, quid est dictũ, directa. Scđo, ut sciam⁹, qđ est dictũ, utilis. Directa dicit
1 gl. dr̃ diuersis respectib. Vno modo † directa respectu ꝯtrię, ut s̃. e. l. si mandatũ. Alio modo dr̃ directa respectu utilis, & ita assumitur hic. Et primum, quando † actiones distinguãtur per actio-
2 nẽ directam, & contrariã, ponit hic gloss. & clarius in l. consensu, de actio. & obligat. tamẽ in aliquibus deficit: ideo dic, quod quan-

ADDITIO.

a Io. Fran. Rue. Istius materiæ Adde Bar. in l. j. de act. & obl. & Bar. & Bal plenè de hac materia, directæ, & utilis, in l. 1. ins. eo. tit.

quandoq; est aliqu is ꝯctus, in quo nõ variaẽ nomen ꝯctus, nec nomen ꝯ hentiũ ut in ꝯctu societatis, tunc ex utraq; parte actio est directa, nec distinguit inter directã, & ꝯriã, vt in ti. pro socio ff. & C. & Insti. eo. Qñq; variaẽ nomẽ ꝯctus, & ꝯhẽtiu, vt in emptione, & vendit. locatione, & ꝯductione, & hoc casu nõ distinguit actio per directã, & ꝯriam; sed cuilibet cõpetit ex noĩe suo, vt mihi ex empto, tibi ex vendito, & mihi ex locato, tibi ex conducto. Qñq; variaẽ nomen ꝯhentiũ, seu quasi, nõ aũt uariaẽ nomen ꝯctus, vel quasi. Isto casu qñq; ista uariatio cõtingit, qa nomen descendit à noĩe, ut mandans, & mãdatarius, & deponẽs, & depositarius, cõmodans & cõmodatarius, & his siles. tũc variatur actio inter actionẽ directã, & ꝯriam. Nam directa cõpetit ei, q hẽt nomen primitiuum. Contraria ei, qui hẽt nomen deriuatiuũ, vt ĩ. e. l. si mãdatũ, & ĩ tot. ti. ff. dep. ff. ꝯmod. & C. & Qñq; variaẽ nomẽ ꝯhentiũ, vel quasi, & nomẽ nõ descẽdit à noĩe, & nõ variatur nomẽ ꝯctus, vel quasi, vt ĩ ꝯctu pignoris vnus vocatur creditor, alter debitor, sed ex utraq; parte iste ꝯctus vocaẽ pignus. Idẽ in negotiorũ gestione vnus uocaẽ gerẽs, alter dñs, & tñ ex utraq; parte vn⁹ dr̃ quasi ꝯct⁹. s. negotiorũ gestio, tñ ista actio diuidit ĩ actionẽ ꝯriã, & directã. Directa ꝯpetit ei, ad quẽ res ptinet, ꝯria ꝯpetit alteri, vt ff. de pig act. l. tutor §. ꝯriã, & p totũ ti. C. & ff. eo. & istis casib. tã directa, q̃ ꝯria, dr̃ directa respũ utilis, de qua dicã ĩ. Secũdo est uidẽdũ, qñ dr̃ † directa respũ utilis, & hic aduerte. Directa & utilis, dr̃ diuersimode. Vno mõ dr̃ vtilis respũ directæ, q̃ alijs casib. cõpetit, nõ ĩ isto de quo loquimur, & hoc prosequit gl. nĩa hic. Alio mõ dr̃ vtilis respũ directę, q̃ eo. casu ꝯpetit, & istud gl. nõ ꝓsequit hic. Dic primo, dr̃ utilis respũ directæ, qa alio casu ꝯpetit. Ponit gl. exẽplũ, qñ uno casu hñt locũ verba, & mẽs legis, & tũc hẽt locũ directa, qñ uno casu hẽt locũ mens legis, & nõ uerba, tũc hẽt locũ vtilis. Probat gl. ff. e. l. 1. in prin. §. sed & si qd. vbi edictũ ꝑtoris loquiẽ de eo, q gerit negotia dñi viuẽtis, vel negotia q̃ fuerũt mortui. §. sed & si qd. ꝑtor loqĩ de eo q gerit negotia, q̃ nõ sunt uiuẽtis, nec fuerũt mortui, vñ cũ deficiãt verba, hẽt locũ utilis. Itẽ ꝑt poni exẽplũ, hoc edictũ de neg. gest. hẽt locũ ĩ eo q gerit spõtè, in eo q gerit coactè, nõ hñt locũ verba, sed mẽs, tũ hẽt locũ vtilis, vt hic, & vide gl. ĩ prin. Illud dictũ gl. repñẽdit p Doc. nã vbicũq; hẽt locũ mẽs legis, tũc oritur directa, licet verba deficiãt. vidistis expressũ ĩ l. 1. ff. vti poss. vbi † licet interdictũ vñ vi, loquaẽ de ędib. tñ hẽt locũ ĩ fundo directũ, probaẽ ĩ l. nõ dubiũ. ĩ de leg. & est tex. in l. noĩs & rei. §. verbũ. ff. de ver. si. & ĩ l. 1. ĩ fi. & l. seq. ff. de leg. tu D. lm a est ergo aliter sm Doc. † Actio directa tũc hẽt locũ, qñ hñt locũ uerba, & mens legis, vel mẽs tñ, vt dictis legib. Actio utilis hẽt locũ, qñ nõ hñt locũ uerba, nec mẽs legis, sed p Iurisc. illa lex extẽdit pp idẽtitatẽ, vel silitudinẽ rõnis, ut l. pe. ff. si quadr. paupe. fecis. dica. ita loqĩ hic. Nã edictũ de neg. gest. loqtr de gerẽte spõtè, nec ibi verba, nec mẽs ꝑtoris, fiũt de gerẽte necessario, sed p Iurisc. ad ipsũ extẽdit, ideo tũc hẽt locũ vtilis. Ita dẽtis intelligere hãc mãm. Itẽ dẽtis scire, dicit gl. q̃ ista variatio qñq; ꝯsistit ĩ persona actoris, qñq; ĩ psona rei. In psona actoris fit variatio p noĩa, vt directa, & utilis, ĩ psona rei, fit variatio p aduerbia, vt directe, & utilr. Ideo si aliqs gerit spõtè, ipse hẽt actionẽ neg. gest. directã, si gerit coactè, hẽt utilẽ, si gerit negotia dñi. vel mortui, hẽt directo directã, si neutrũ horũ fuerit, hẽt vtilr directã, dicit gl. & sic põt esse, quod hẽt locũ directa directò, & directa utiliter, utilis directo, & utilis, utilr. Et idẽ gl. dicit ĩ rei vẽd ĩ petitione hæreditatis. Et idẽ no. ff. de rei vẽ. sup rub. Doct. Vltrã. ꝯ, & dñt veritatẽ iudicio meo. Ista distinctio noĩum, & aduerbiorũ est distinctio magralis, q̃ lege nõ reperiẽ firmata, qnimo nec est bona distinctio, nã istæ distinctiones hñt sua principia, vnũ ex parte actoris, aliud ex parte rei. Et si qd̃ istorũ deficit, nõ ꝑt dici directa, sed dr̃ utilis, vñ falsũ est qd̃ dicam⁹ directã vtiliter. Posito, n. qd̃ ego sim dñs, si ex psona ꝯuẽtĩ nõ põt hẽre locũ uẽdicatio, uel hẽditatis petitio, uel ista actio directa, diceẽ tota actio utilis. Casus est, ff. de nox. l. electio. §. 1. Scdo mõ dixi, qd̃ dicebaẽ utilis respũ † directę, q̃ ꝯpetit eodẽ casu, ut directa ꝯpetit cedenti, utilis cessionario, eodẽ casu directa hęredi, utilis fideicommissario, vel directa ꝓcuratori, utilis dño, ut l. ĩ causæ, ĩ fi. ff. de proc. Et differũt istę actiones utiles ĩter se, qa utilis de qua loquor, si cedaẽ, nihil remanet apud cedentẽ, qa solũ illã utilẽ habebat, ut ĩ de hęre. uel actio. uen. l. emptor. & l. ex asse. & ibi no. ad Treb. & ẽ tex. ĩ l. 1. §. de illo. e. ti. Alia uero utilis, de qua s. dixi, q̃ dr̃ respũ directæ, q̃ alio casu ꝯpetit, licet ĩ aliũ trãsferat, tñ remanet apud cedentẽ, & sic poterit dici directa, respũ utilis, q̃ ꝯpetit cessionario. Exẽplũ ĩ bonorũ possessore, de iure Prætorio, q restituit hęreditatẽ. Nã apud eũ remanet utilis de iure ꝑtorio, ĩ fideicõmissariũ transit utilis p Treb. ut l. 1. §. bonorũ. ff. ad Treb. & l. regulare. §. 1. e. ti. Ita ĩtelligo hic, si minor cederet actionẽ utilẽ ꝯ curatorẽ, ẽt apud eũ remanet, arg. dictorũ iuriũ. Istud est utile ad qstionẽ de facto. nã ille q † cedit pp uirtutẽ directę q̃ remanet apud eũ, põt solut. recipere, & debitorẽ liberare, nisi ĩ certis casib. qui ponunẽ in l. 3. ĩ. de noua. sed si apud eũ nihil remanet, tunc secus, & ista sunt subtilia, & menti tenẽda.

Sumus. Expediti de duab. primis gl. & dr̃ hic, qd̃ ꝯ hędes ĩ hac actiõe, † nõ uenit nisi dol⁹, & lata culpa. Opp ad hoc ĩ. de hęr. tut. l. 1. 2. & 3. Sol. Fateor qd̃ nõ uenit nisi dolus, & lata culpa. Fallit ĩ trib. casib. q ponunẽ in legib. ꝯriis. Op. ĩ arbi. tute. l. quicqd, & ĩ. eo. l. tutori. Sol. Fateor. qd̃ ipse curator tenetur de dolo, & lata culpa, & leui, sed hẽdes eius nõ tenentur, nisi de dolo, & lata culpa. Fallit ĩ trib. casib. quos s. dixi. Quęro circa istã partẽ, de duab. qõnib. Primo, utrũ hoc sit uerũ in † hęrede gestoris uoluntario, sicut hic in hærede gestoris necessario, ut teneaẽ in minus hæres, q̃ defunctus. Gl. hic dicit, qd̃ nõ, immo dicit, ꝙ in uoluntario gestore in tantũ tenetur hęres, inquantũ defunctus tenebatur. Idẽ no. in l. actio. ff. eo. Contrariũ no ff. eo. l. 4. §. hęc actio ff. de actio. & obl. l. ex disposi. cõiter oẽs tenẽt glo. hic potiũ, & siles, qa ĩ gestore uolũtario ista dña nõ reperiẽ ĩ aliqua. l. Quęro, istud est uerũ, qd̃ hẽs non teneẽ nisi de dolo, & lata culpa defuncti † an teneaẽ de leui culpa sui ipsius hẽdis, ĩ eo qd̃ ipse gesserit. Gl. dicit hic, qd̃ sic, & uide gl. Cõtrariũ uẽ ĩ l. cũ ostẽdim⁹. ff. de fideiuss. tut. Solu. ibi loquiẽ, qñ gessit aliqd, qd̃ hẽbat gerere necesse, hic qñ gessit, illud quod gerere nõ hẽbat necesse.

ADDITIO.

a Men Dicendum D. Alcia. parad lib. 3. c. 30. in fi.

LEX XVIII.

Ob negotium. Hæc actio est bonę fidei, siue spõte, siue ex necessitate geratur, ideo ex mora in ea ueniunt usuræ. h. d.

LEX XIX.

Ab vno. Etiam pro communi negotio habet locum hęc actio. h. d. breuiter in summa.

LEX XX.

1. *Officium curatoris, quando sit voluntarium.*
2. *Gestor quando teneatur etiam de neglectis.*
3. *Gestor quando teneatur de leui culpa.*
4. *Gestor non potest intentare actionem.*
5. *Gestor vnius negotij tantum, an teneatur à seipso debita exigere.*

Tutori. Tutor, & curator differunt à gestore, quia ipsorũ officiũ est necessariũ, & finit necessitate cessante, sed officiũ gestoris est uoluntariũ, & uolũtate propria terminatur. Itẽ primus põt exercere actionẽ, secundus nõ, & uterq; etiã de leui culpa tenetur. h. d. Diuide, primo ponit dñam inter tutorem & curatorẽ ex parte una, & gestorem ex parte alia, in administratione inchoanda, & finienda. Secundo ponit vnũ, qd̃ est cõe obligationis utriusq;. Tertio ponit dñam inter predictos ĩ exercẽdo actiones. Secũda, ibi, sm quę. Tertia ibi, de cæteris. Not. primo ex prima parte dñã ĩter administratorẽ uolũtariũ, & necessariũ. Scdo no. qd̃ gestor teneẽ de dolo, lata culpa, & leui. Ex tertia parte no ꝙ sine actione nemo expertũ, & sic nõ põt gestor intentare actionẽ. Ad primũ op. & vr̃, ꝙ officiũ curatoris sit volũtariũ, vt Inst. de cura. §. itẽ inuiti Solu. Volũtariũ † est ex pte eius q dat, & ex parte eius, cui daẽ, est necessariũ. Opponit ad idẽ de l. 2. § qriẽ, de cur. bon. dan. Sol. ibi loqĩ in curatore dato bonis, ꝙ s dixi, loqĩ in curatore adult. Itẽ op. & vr̃, ꝙ officiũ tutoris, vel curatoris nõ finiaẽ pubertate vt ĩ. vt cau. post puber. tuto. adsit. in l. 1. Sol. Fallit ibi in negotio nõ pfecto, vt ibi dr̃. Illis expeditã primã gl. sup verbo, muneris. Venio ad aliã gl. sup verbo, volũtas. Op. & vr̃, ꝙ gestor teneat ẽt de neglectis, vt in l. In ꝯmodato. §. si cui. ff. ꝯmo. So. In isto passu fuerũt opi. inter glossatores, inter Io. ex vna pte, & Gul. antiquũ Gl. ex alia, Veritas † est illa, ꝙ distinguitur sic, aut qs incæpit gerere, & postea illud omisit, & de illo teneẽ, ar. d. l. in ꝯmodato. §. sicut. ff. ꝯmo. & ĩ. de ac. & obl. l. sicut. Aut nõ incæpit, & tũc aut ab initio accessit, vt omnia gesturus, & de oĩb. tenet, vt l. Põponius in negotiis, in fi. cũ l. seq. ff. e. Aut nõ accessit, vt gesturus oĩa. sed vt gesturus qdã, & tũc aut alius fuisset gesturus oĩa, nisi ipse accessisset, & teneẽ de omnib. vt l. si pupilli §. videamus. ff. e. Aut alius nõ erat gesturus, & tũc nõ tenet, nisi de his, ad q̃ gerẽda accessit, vt hac l. cũ his, q̃ sibi connexa sunt, vt l. tres tutores. §. 2. ff. de admi. tut. Qd̃ ergo hic dr̃, ꝙ volũtas imponit finẽ administrõni, intellige de voluntate, q̃ habuit ab initio cũ accessit ad gerendum. Venio ad scdam partem, hic dr̃ quod gestor † teneẽ de leui culpa. Cõtra. ff. e. l. 3. §. interdũ. Sol. illud, ꝙ hic dr̃ est regulare. Fallit in casib. qui ibi no. Itẽ op. de l. curatoris. ĩ. eo. Sol. aliud est in hẽdib. administratoris necessarii, q̃ in ipso administratore volũtario, vt ibi dixi. Venio ad tertiam particulã & op. & vr̃, ꝙ gestor possit intentare actionẽ, vt l. sed & hæ. de procur. l. marius. s. de procu. Sol. ibi † potest agere, nõ qa gestor, sed qa coniuncta persona. Quęro vtrum gestor vnius † negotii tñ, teneaẽ debita a seipso exigere. Gl. paruula, q̃ est hic, ponit duas opi. Tene vltimam, quod tenet exigere a se illud, quod dẽt de administratione, non aliud, quod probaẽ. ff. man. l. si non remunerandi. §. apud. nisi esset generalis administrator, vt hic per Docto.

LEX XXI.

Si cognati. Obligatio psonalis non impedit libertatem serui, & factus liber nõ tenetur ex ante gesto h. d. Dic. ut l. Pomponius in negotiis. ff. eo.

LEX XXII.

Negotium. Tutor non tenetur de casu fortuito. h. d. hęc lex breuissima, &c.

LEX

L E X XXIIII.

1 *Probi'itio tollit actionem negotiorum gestorum.*
2 *Protestatio fieri potest in scriptis,& sine scriptis,& quando. & num. 5.*
3 *Prohibitio in gerente negotia,an tollat repetitionem.*
4 *Vtiliter expendenti post prohibitionē,an competat aliqua actio de æquitate.*
6 *Protestatio de qua hic,an debeat specialiter fieri,vel sufficiat in genere.*

a Si quis nolente. a Prohibitio tollit actionem negotiorū gest. in his,quæ post ꝓhibitionem gerunt̄,secus in his,q̄ gesta sunt ante.h.d. † Not.ꝙ ꝓhibitio tollit hanc actionē.Scdo not.†ꝙ ꝓtestō pt fieri in scriptis,& sine scriptis.Op.& vr̄†ꝙ ista ꝓhibitio non ꝓhibeat repetitionem,ff.de instito.l.si qs mācipijs.§.Proculꝰ.Soluit gl.optime ibi,licet ꝓhibuerit dn̄s,tn̄ nō ꝓhibuit seruus,q seruꝰ pōt obligare dn̄m ī uitū d̄ peculio,vel de in rē verso.l.si qs ietuū.§.ēt.de pecul.Op.de l.at si qs.§.itē Labeo de relig.So.Speciale est in funeraria.q̄ nō tollit̄ p ꝓhibitionē.Iuxta hanc legem quæruntur duo,vtrum huic † vtiliter expendenti post prohibitionem de ęquitate competat aliqua actio?Gl.pro solutione huius quæstionis,iotrat aliā quęstionem,quando prohibitio non fuit facta expresse,sed tacite.v.g.mādaui tibi,vt emeres mihi codicem pro decem,emisti ꝑ viginti,an illa decem vltra possis repetere?Et in hoc fuerūt opiniones:finaliter gl.determinat ꝙ non repetit. Si ergo tacita ꝓhibitio impedit repetionē,multo magis expressa.In prohibitione expressa habemus,duas gl.contrarias.vna est io soluendo.ff.e alia est in l.si Stichū,in ꝑ.ff.de noua.quę contrariat̄ huic.Gul.de Cun.vr̄ tenere glo.l.soluēdo p l.si qs mācipiis §.Proculus.de inst.& relig.l.at si qs.§.idē Labeo.Ad istā legē respondet bene,& valde subtiliter,hic loqt̄,qn̄ ꝓhibitio est facta circa administrationē rerū,postq̄ quis non pōt administrare sine delicto,nā post ꝓhibitionē delin quis si ingrederis fundū meū,vel in eo operaris,vt l.diuus.de ser ui.rusti.ꝑ dio.& l.1.circa prin.de aequi.rer.do.& quod vi,aut clā.l.1.§.qd si vi.sed qō gl.in l.soluēdo,loqtur,qn̄ post ꝓhibitionē pt geri negotiū,sine delicto,vt puta cōueni,ne creditori meo solue res ꝑ me frumentū,& similia,tūc de ęqtate hēt locū actio nō obstante ꝓhibitione.Licet hęc r̄nsio sit bona ad hāc legē,tn̄ est ꝯ l.si ꝓ te.ff.mand.Vn̄ teneas hāc gl.& quæ est in l.si Stichū,in ꝑ.ff.de

b nou.Nō ob.§.Proculus & §.idē Labeo.vt s̄.r̄nsū est,circa ꝯria b

5 Quæro,vtrū sit verū indistincte,ꝙ † ꝓtestō possit fieri in scriptis,vel sine scriptis.Bī qnq; ꝓtestō succedit in locū actionis,tūc dēt fieri in scriptis,vt l.vt perfectius.de ann.excep.Quādoq; nō succedit in locū actionis,tūc regula est,quod potest fieri in scriptis,& sine scriptis,vt hic,& l.scire oportet.§ oportet.de exc.tu.Fallit ī casu.ī.de nō nu.pec.auth.hanc autem quærelam.Quęro secū-

6 do,vtrū †protestō,de qua loquit̄ hic,debeat specialiter fieri vel ī genere.tex.hic in princ.videtur dicere specialiter.Gl.videtur exponere specialiter,i.expresse.Dic,si quidē volo ꝓhibere,ne gerat negotia mea simpliciter.omnia,tūc sat s̄ē si generaliter loquar,nec est necesse ꝙ res designet̄,vel negotium nominet̄,vt l.de pupillo.§.qui nūciat.de ope.no.nūc.sed si volo ꝓhibere de aliqua re particulari,illā debeo designare,nec debeo obscure loq,alias ꝓtestatio nihil operaretur,vt l.aut q aīr.circa pri.§.1.qd vi aut clā.

A D D I T I O N E S.

a Paul.Si quis nolente.Circa quæstionem,quam tetigit hic glo.de emente rem pro pluris,vide Paul.de Ca.consi.97.incip.Super dicta vbi tangit materiam,item regulā huius legis limita non procedere in medico,qui medetur infirmo,et inuito,& soluente pro condemnato corporaliter,vide Bar.in rub.extra,de sol.ad fi.

b Menoch.Circa contraria.Alciat.Parerg.lib.c.13.

De his quæ vi,metusve causa gesta sunt. Rub.

Continuat gl.vno modo,& dic vt in ea.Vel aliter,dictum est de pactis,& de trāsa.verum,qa ꝑdicta fiūt metu,vel dolo aliqn̄,ideo subiūgitur rubrica de his,q̄ metu,vel vi,& postea de dolo.Quæro quare fecit mētionē d̄ vi,gl.dicit,quod Imperator secutus est antiquā intitulationē,sed hodie aliter,vt habes in gl.quā vide,&c.

LEX PRIMA.

PErsecutionem. Ad furē,& & metū inferētē spectat piculū interitus.h.d.Op.de l.si cū exceptione.§.ꝙ si hō.ff.eo.Sol.Ibi loqt̄,qn̄ res perit intra quadrimestre tēpus,hic qn̄ perit ante.Ro patet ibi.Op.de l.si cū exceptione.§.sed,& si n̄ culpa.ff.eo.Sol.Ibi loqt̄,qn̄ res erat eo.mō peritura penes actorē,hic nō.Qd̄ intellige,vt ibi no.Itē op.de l.subtracto.ī.de fur.& ff.d̄ ꝯd.fur.l.partū.Sol.Ibi purgauit morā,hic nō.Quęro vltimo,re perēpta ad qd formabit libellꝰ,vr̄ qd petet.Tex.hic vr̄,ꝙ ipsa res petet,lz sit perēpta.Vn̄ ea,q̄ sunt ablata et postquā interciderint,pn̄t peti.Idē ut in l.si seruus.§ bonę.ff.de ꝯd.furti.& l.inter stipulantē.§.pe.de uerb.obl.& l.si mulier.§.1 ff.rer.amo.lo ꝯtium,ꝙ petatur æstimatio,vr̄ tex.in l.re furtiua.de ꝯd.furti.licet gl.ibi aliter exponat tex.Ego istum passum examino multum diffuse in repetitione l.stipulationes non diuidunt.de uerb.ob.utrum in obligatione rē restitui re perēpta.succedat obligatio ad interesse,& qd sit in petitiōe,& finaliter teneo,ꝙ vtrūq; possit peti.s.res,& æstimatio,Ad hoc facit.l.illud.§.1.de do.cau.mot.& ibi dixi.Vlt.glo.intrat hic materiam uiolentiarum,quam gl.ponit latius in l.extat.ff.e.& ponit hic sex genera uiolentiarum,& uide eam.

ANTIQVA LECT.

Persecutionem. Fur,& metū inferēs tenet̄ de interitu,h.d.Op & sū ī glo.1.Dī,ꝙ metū inferens tenet̄ de interitu.ꝯ de l.si exceptio.§.ꝙ si hō.ff.e.Solꝰ ꝙ hæc dēt limitari s̄m illā,qa hoc est uerū,nisi res pereat intra quadrimestre tp̄s,& sit rō huius,dic,ut ibi no.Sed ꝯ istā solutionem op.& sum in gl.1.& uī ꝙ indistincte ueniat piculū,ut l.1.§.rectissime.& l.merito.ff.de ui,& ui ar.Timore huiꝰ,gl.distīguit hic,ꝙ qnq; sūt gn̄a uiolētiarū.Istud dictū redarguit̄,& ad ꝯriū r̄ndeo,ꝙ in duob.generib.uiolētiarū,ut expulsiua,& ablatiua,uenit interitus indistincte,& in ipulsiua non hēt locū lex ōīa,& d.§.ꝙ si hō.Sed ꝯ istā solutionem op.de l.si ipsa.ff.eo.Solue,ut soluit glo.mag circa mediū,& aduerte ad unū quod gl.dicit,qa glo.mag.circa fi.dt,ꝙ sūt plura alia gn̄a violētiarū.Istud dictū redarguit̄ ꝑ Doct.qa nō ē verū,ꝙ sint plura,sed bene sunt plures modi puniēdi illas violētias,& plures ꝯstitutiones factæ,& has ꝯstitutiones uide plene,vt l.extat.ff.e.Itē op.& sum in gl.2.& vr̄ ꝙ dēat distīgui,vtrū res esset eo.mō peritura penes actorē,vel nō,vt l.si cum excep.§ quatenus.ver.sed & si nō culpa.ff.e.glo.facit ꝯtrarium.Cōtra istud posset opponi de l.si ī Asia.ff.depos.§.fi.de l.qd̄ te.& qd ibi no.ff.si cer.pe.Pro huius solutione,dic s̄m d.Iac.Bu.qnq; ꝯtīgit,qd morosus teneat̄ d̄ interitu īdistincte,vel dēat distīgui,vtrū res esset eo.mō ꝑitura penes actorē,&c.Dic sic,qd̄ quādoq; contingit,ꝙ nulla oblō ꝑcedit,pone exēplū in reali:possides Stichū meū,&c.Circa istud mēbrū dic,vt no.in l.si vehēda.ī gl.magna.ff.ad le.Rho.d̄ iac.Quādoq; ꝯtīgit,quod ꝑcedit,& tūc aut talis oblō descēdit ex delicto,qa ē factū qd fieri non debuit,aut descēdit ex alio ꝯtu.Primo casu regulariter morosus tenet̄ de īteritu,vt d.l.1.§.rectissime.& l.merito ff.de vi,& vi ar.Fallit in metū inferēte,ubi dēt distingui,s̄m qd̄ distinguit ī d.§ quatenꝰ.uer.sed si nō culpa.Si autē oblō descēdit ex ꝯtu,dic aut ꝑcedit mora,aut culpa.Primo casu morosus tenetur indistincte de īteritu,ut d.l.quod te.& d.l.si in Asia.in fi.licet Marti.dixerit aliter,ut ibi no.In secundo casu,ubi præcedit culpa,tūc dēt distingui,utrū res esset eo mō peritura penes actorem,an non.est tex.cum gl.sua in l.si uehēda.§ pe.ff.ad leg.Rhod.de iac.Item op.de l.subtracto,ī.de furt.Solue,ut in gl.2.in fi.quiā ibi fuit purgata mora.

L E X II.

1 *Ignorantia iuris,quando noceat in damnis vitandis.*
2 *Scienter soluens quod promisit per metum,non repetit.*
3 *Exceptio merè odiosa,quæ dicatur.*
4 *Exceptio metus ē odiosa respū metū īferētis,& respū passi est fauorabilis.*
5 *Solutio an possit pacere obligationem,& liberationem.*
6 *Soluens coactè post cautionem metu factam,quando repetat. & nu.13.*
7 *Metus tyranni,quando dicatur durare.*
8 *Qui iurauit per metum dare decem,& soluit quod repetit.*
9 *In materia iuramenti statur iuri Canonico.*
10 *Vbicunque in solutione potest subesse alia causa,quam approbatio primæ promissionis,quis non præsumitur illam approbare.*
11 *Stante statuto ꝙ ꝑ instrumētum non possit opponi exceptio doli,vel metus qn̄ debitor copiatur,soluens non videtur primam obligationē approbare,*
12 *Contra asserentem se spoliatum metu,competit exceptio,sed non competit quando agit possessorio.*

a Cum te non solum. a Solutio spōtanea purgat uitium metus adhibiti tp̄e promissionis.hoc dicit.Assumo principiū,& op.ff.de cōd.ob tur.ca.l.ex ea.& l.metum.§.sed ꝙ ꝑtor.ff.e.So.ibi fuit adhibitus metus soluēdo,hic in promittendo tantum.Op.secūdo,& assumo finē

1 gl.Iuris ignorātia non nocet in damnis uitandis,ut l.error.ff.de iur.& fac.ignorā.sed hic soluēs errauit,ergo,&c.gl.dt ꝙ hic fuit error supinus,ut l.nec supina de iur.& fac.igno.uide gl.Contra istā sol.ur̄.ff.de cōd.inde.l.sed & si me putē.in prin.ubi in dānis glibet errans quantumcunque fatuus,& in facto ꝓprio excusat̄.Sol.dic,ꝙ hic soluit sciēter,uel si ponis eū errasse,posito ꝙ repetitio ꝯpeteret,ꝑ iura ꝯria,nō ꝯpetit ꝑ actionem qd̄ met.cā.& hoc est qd̄ dicit iste text sed alio mō ꝯpetit repetitio,nō āt ꝯpetit per hāc actionē,& uide tex.q dicit,ut passū,&c.Mō uenio ad opp.&

2 redeo a prin gl.& ꝯcludo,qd si † sciēter soluit,sublatū ē uitiū metus adhibiti tp̄e ꝓmissionis,& sic cessat repetitio,si soluisset ignorāter posset repetere,nō ꝑ hāc actionē,sed ꝑ aliā.s.ꝑ ꝯdōnē indebiti.Ad hoc op.iutus exceptione odiosa,si soluit ꝑ errorē nō repetit,vt l.qui exceptionē.ff.de ꝯd.ind.gl.facit ꝯriū,dicēs ꝙ ēt ꝑ istā rōnē cessat repetitio.& uide gl.Doc.Mod.hic multū notabiliter dicūt,ꝙ ista gl.nō dicit uerū.nā l.qui exceptionē,loquitur de excep-

3 tio mere odiosa.†ut exceptio Macedoniani,sed † exceptio me-

4 tus,est odiosa respectu inferentis metū,& est fauorabilis,respectu passi metum,& ideo non obstante illo odio competit repetitio,

A D D I T I O.

Io.Fran.Ru.Cum te Limita hanc legem,vt per Bar.singulariter,in l.si per uim.inf.eod.tit.& limitat sing.Io.And.in cap.ad audientiam.& ibi Abb.extra quod metus causa.

tio, ne aũs sit melioris ꝯdõnis delinquẽs, q̃ n̄ delinquẽs, ꝯ l. si solũ. ſa 1. ff. de nox. Et ita dñt ipsi q. l satis placet mihi ꝑ mõ, forte alibi. istũ passum examinabimus meli⁹. Itẽ opp dixi ꝙ soluẽs p ignorãtiã repetit contra, vna soło † non parit obłonẽ, & liberationẽ, vt l. q hominẽ §. fi. ff. de sol. ergo iste soluẽs cũ sit liberat⁹ ab illa obligatione, nõ põt repetere. Gl fatetur ꝯtrium. Tu dic cõtra, si soluisset ignoráter. Nec obstat ꝙ ista solutio parit liberationẽ, quia verum est, quod parit liberationẽ ab omni obligatione valida, sed quia erat tutus exceptione, ideo non impeditur repetitio.

Mulier. [a] Hæc est no. lex. Et primo loquit, quando sponsa sa dissoluunt sine aliqua causa. Secundo, quando dissoluunt ex causa probabili. Tertio remouet vnum dubium. Quarto phibet exigi pœnā. Secunda ibi, quę ita custodiri. Tertia ibi, his illud quoque. Quarta ibi, quadrupli. Quinta ibi, extra diffi 1 nitionē. No. in prin. q̄ † reddunt arrhę duplices, & in duplo inest simplum: quod no. quod vbicūque dicit statutum, q̄ si quis acceperit aliquid, puniat pœna dupli, quod in illo duplo continetur simplū, quod abstulit, vt hic, & l. hoc edicto §. 1. de publi. Venio ad ver. his illud quoque. No illam distinctionem, aut quis ab b initio sciuit, aut ignorauit. Qd̄ facit ad q. b † Statutum est hic, q̄ si creditor hēt debitorem suspectum, possit ab eo petere fideiussores, vel facere eū capi. Certe hoc statuū debet intelligi, si causa suspicionis superuenit post debitum contractum. Si autem sciebat illum esse suspectū, imputet sibi, ar. huius l. fi. s, a quo §. fi. vt in pos. lega. &l. fi creditores, de priui. cre. Ex fine huius l. no. quod 3 pęnę adiectę in ɔtractibus spōsaliorum sunt nullæ. Quæro † an promissio pęnę super matrimoniis, valide t iuramento. Docto. non tangunt. Veritas est, quod non. Nam, q̄ pœna valeat in matrimoniis, est ɔtra bonos mores: Textus est in l. Titia, in princip. de ver. obl. sed non est obligatorium ɔ̄ bonos mores p̄stitum iurām, &c. vt in c. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Vltimo no. q̄d hic gl. tenet, quod hoc est verum, quando pœna talis apponitur 4 inter ipsos sponsos, † secus si inter extraneos. Ita dicit gl. tua. De mā huius l. bie Cy. tangit aliqua, do. Io. An. plenius cī de sponsc. c. gēma. Ego plenissime tāgo in l. Titia, i prin. de ver. obligat. &c.

ADDITIONES.

a Parif. Mulier. An ista lex ɔcedat in arrhis promissis, & quid de sponsalib. contractis per tutorem nomine pupilli, uide Bar. consil. 45. in r. nol. uide ad Bar. in l. Titia de uerb. obl.

b Ale. Ad quæstionem. Hoc est uerum, si suspicio interuenit post contractum debitum, sm̄ Ang. in d. l. si ab arbitrio. ff. qui satisf. cog. Bart. in l. si constante. & in l. si is a quo. ff. vt in pos. leg. & Ang. in l. nemo carcerē. ɔ̄. de exac. trib. lib. 10. & Bal. in l. dies festos. sup. de fer. & l. ait Prætor. §. si debitor, de his q̄ in fraudem cred. & Bal. hic. Adde Rom. consil. 310. & 149.

Si Rector prouinciæ. Rub.

LEX VNICA.

1 *Contractus arrharum dicitur contractus pignorum.*
2 *Participes seu complices alicuius, qui dicantur.*
3 *Hic titulus corrigitur de iure Canonico.*

SI quis. [a] Primo ponit vnum statutū circa Rectorem prouinciæ. Secūdo ponit circa assistētes. Tertio ponit quid iuris finito officio. Innuit hoc ibi, data pignora, quod ɔ̄ctus arrharum sit pignoris, 1 de quo hic Doc. & in l. ɔ̄ria. Not. hic † q̄ ɔ̄ctus arrharum, appellatur ɔ̄ctus pignorum, de quo hic disputat Cy. Nota secundo, & 2 perpetuo tene menti, quid est hoc dictū, † participes b alicuius, b seu complices alicuius, quod tota die ponitur in instrumentis pacis, & dicit pro se, suitque participibus & complicib. Et nescio tex. alibi, qui dicat ita clarè. Hic dicitur, q̄ sunt filii, nepotes, & propinqui. Item consiliarii, & demestici, quod not. Vltimo no. quod 3 † iste ti. est correctus de iure Canonico.

ADDITIONES.

a Parif. Si quis. Adde, quod sicut officialis non potest contrahere, ita nec & potest tenere concubinam in ciuitate, quam regit, uide Roman. consil. 471. incip. Ius emile.

b Alex. Participes. Facit ad id, quod not. gl. in l. si fœmina, infra ad Turpi. & q̄ habetur in l. 2. ad Turpil. & quod habetur in l. 2. de accusa. & qui dicantur ad hærentes & sequaces, uide in epistola inter claras, de summa Trin. & in l. 1. & ibi Bal. ɔ̄. de appellatio. & in l. ne casu, infra de discus. lib. 11. gl. in Clem. 1. de pact. Bal. in l. 1. supra, de episco. & cleris & probat iste text. not. quod remotus ab officio ex ratione personæ, nunquam potest reassumere ad illud, nisi ex principis dispensatione, in l. 1. infra de susce. & arc. lib. 10. Bal. in capitu. 1. §. si dno. de pac. tamen. uide Im. in c. ad Apostolicæ, de re iud. in 6. & in c. ex parte de foro compe.

Parif. Participes. Vide Fel. in c. olim, de acc. Are. in l. si stipulatus, ff. de uer. obl. ubi & idem dicit de illis uerbis, de parte tua. Adde qui dicantur adhærentes, qui complices, & qui sequaces, Ang. consil. 156.

De dona. ante nuptias, uel propter nuptias, & de sponsalitiis. Rubr.

LEX PRIMA.

MVltum. In istis casib. q̄n vir vult augere dotem vaoris suæ, tangam in l. si voluntate. de do. promis. vbi Cy. & Vltramontani tangunt, dixi de verb. obl. l. si uomo. no hanc l. q̄ non valet ista confessio.

LEX II.

Si præsidi. Quærit gl. cui incumbit onus probandi, cum alia causa redditur, dic vt in gl. &c.

LEX III.

Pollicitatione. Frangenti fidem, fides frāgatur eidem. hoc dicit.

LEX IIII.

1 *Paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, vel fieri tempore licito, & conferri in tempus prohibitum, & sic econtra. nu. 2.*

a **Quod.** [a] No. † aliquid fieri tpe prohibito, vel licito tpe, & 1 conferri in tp̄s prohibitum, paria sunt. h. d. Et tota die allegatur ad hoc, & hic aduerte ad hāc l. Et istud est vnum generale, q̄ non habet cōtraria, & aliud generale cō ad istud. Paria b sunt b † aliquid fieri tpe licito, vel illicito, & conferri in tp̄s licitū, 2 vt l. in tempus, de hær. inst. Istud benè habet ɔ̄ria, quæ contrarietas soluitur in ea. in l. si minor. ff. de sen. capor. quod no. quia il le tex. optimè soluit. Et no. perpetuò solutionem, quare, &c.

ADDITIONES.

a Ale. Quod. Hanc limita per Imo. in l. si soce. §. Lucius. sol. mat. & vide Bald. in l. proxi.

b Paria sunt. Vide Bal. in l. si cōstante. §. quoties. sol. mat. & in l. 1. §. nunciatio. de ope no. nun. & in l. alia. §. eleganter. sol. mat. & Bal. hic.

LEX VII.

1 *Verbum, remanere, est commune, vel obliquum.*

Si cum ante. Hæc est notabilis lex ad vnū, de quo facio magnum festum in materia substitutionis 1 compendiosæ. No. hic de † verbo, remanerent. i. restituerent. hoc dico, quia verbum, remanere, est cōe, vel obliquum, per hanc legē valet q̄ dicitur, remaneat. i. restituat, quod no. quia q̄nq; verbum, remanere, rei quæ est apud alium, denotat restitutionem, & sic est obliquum, aliās si est apud eū, stat propiè, vt hic vides. Dixi in materia substitutionis compendiosæ.

LEX XII.

1 *Rem fuisse in bonis habitatoris, quis debeat probare.*

a **De rebus.** [a] Hæc est no. lex valdè. Et per hanc l. dicit Ia de Are. & Cy. hic refert, q̄ illud, quod dicitur hic, 1 † q̄ quis debet probare rem fuisse in bonis debitoris, vt l. quæ nō dum sunt. § quod dicitur. ff. de pign. & quod no. in l. si res alie. pig da. fue. est verum, nisi constet possessorem causam habere a debitore, quia si constat possessorem habere causam a debitore, tunc non deberet probare aliud, nisi rem fuisse sibi prius obligatam, quā possessori traderetur, vt hac l. ita dicunt ipsi per hanc legem. Gl. tamen videtur aliud sentire. ɔ̄. vt iure fisci. l. 1. lib. 10.

ADDITIO.

a Ale. De reb. Hanc l. limita in casu singulari. ɔ̄. de iure fisci. l. 1. lib. 10. & Bar. in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pign.

LEX XIIII.

Si consentiente. Vn̄ postq̄ mulier velit restituere, postq̄ nō audit, ex quo res est donata.

LEX XV.

1 *Donatio facta a sponso sponsæ, quando perdatur, uel retineatur.*

Cum veterum. Aduerte, q̄a ista lex est quotidiana, & vtilis maximè, a mortalitate citra, habuimus s. in pluribus legib. vt in l. fi. si filiæ, & l. si tibi, & l. si cū an. s. eo. In q̄b. ɔ̄uenit, q̄ donū facta an̄ matrimoniū valet, nec pōt repeti, q̄ donatū est: hoc corrigitur, vt habes in ea. Not. ex hac l. q̄ 1 † donatio facta a sponso sponsæ, vel è ɔ̄, perditur vel retinetur, si stat, vel nō stat per alterū ex eis. q̄ no. & repetit ɔ̄dictione ex hac l. q̄d datum est: Quod no. quia istæ materiæ non sunt in Digestis.

LEX XVI.

Si a sponso. No. hic quod s. in l. præcedenti fuit dispositū, quando per sponsam stat, hic quando casu fortuito accidit, quod alter moritur, tunc distingue sponsum & sponsam, vt hic vides. Hic non sunt alia, &c.

LEX XVII.

Minorib. Hic incipit tractare quandam materiam, quæ postea corrigit in fi. in auth. eo decursum, &c.

LEX XVIII.

Si liberis. No. hanc l. q̄ ex dote reuersa ad virum, nō cogitur quis eorum reseruare aliquid liberis primi matrimonii, nec est correctum, &c.

LEX XIX.

Si constante. Lex ista est notabilis certè, primo loqr, q̄n voluit dotē, vel donationē augere: secūdo q̄n voluit dotē, vel donōem minuere. Secunda ibi, fed & si econ-

ſi econtrario Quęlibet iſtarum partium ſubdiuiditur, vt poteſtis videre. Vos habetis hic vnam auth. vel duas. Vna incipit, ne dimi nutio, inhibet, ſed nihil mutat, & multi non habent iſtum text. Habemus aliam authenticam quæ incipit, ſed iam neceſſe, quæ eſt valde notab auth quæ non exeat perpetuò de mente tua, & quod ponebatur in lege permittendo, hic nominatur cogendo.

AVTHEN.

1 *Diſpoſitio huius auth. an habeat locum in creditoribus præſentibus, item an in præteritis, & futuris.*
2 *Mulier qua dedit dotē in reb. mobilib. an poſſit aſſumere in ſe onus ꝓbādi.*
3 *Contra præſumptionem iuris, & de iure, non admittitur probatio niſi per confeſſionem.*

a b **Sed iam neceſſe.** ᵃHęc eſt notabilis auth & nō ex ca qn̄ vir ꝯſtāte matrimonio ᵇ cōfitet dotē ſibi eſſe datā, ꝙ iſta ꝯfeſſio creditorib. nullo mō ꝑiud cat. 1 ſed ſibiipſi viro, ſic. Quæro. † vtrū habeat locū in creditorib. pñti c buſc lič an in præteritis & futuris. Gl vr̄ dicere, ꝙ in vtriuſq; Vide gl no. & ſingularē ſuper verbo, ſuſpicio Iſtud. ꝙ dr̄ de creditorib. futuris, vr̄ ꝯ caſum l. primæ de iu. fil. Præterea vr̄ ꝯ iſtū tex. in quo dr̄ ibi, ꝯ creditores nullo vtēt priuilegio, cū in cōe pp creditores mulieris iuri nō deroget, ergo ꝯ creditores ſequētes eſt potior de iure cōi. Bñ. poſſemus ſuſtinere gl qn̄ apparēt aliqua indicia ex qb. poſſit fraꝰ ꝑſumi, vt l. ſed ſi maritus ſi. q. & a ꝓb. aliàs 2 ſecus ltē q̄ro, † an mulier, quæ dedit augmentū in reb. mobilib. poſſit aſſumere in ſe onus ꝓbādi. & ꝓbare ſe modicā rē in veritate ded ſſe Gl in corpore vñ ſumit, & Azo. ī ſūma huius ti. dt, ꝙ d ñ, qa ē ꝑſūptio iuris, & de iure, ꝯ q̄ nō admittit ꝓbō in ꝯr. ū, niſi 3 ꝑ ꝯfeſſionē Hoc ēt tenet Cy ꝙ no qa † ꝯ pręſumptionem iuris. & de iure non admittitur alia probo, niſi per confeſſionem. Ita dicit gl in corpore vñ ſumitur, & hoc tenet Cy. ꝙ ꝑpetuo nota

ADDITIONES.

a Ale. Iam neceſſe. Hanc limita, vt per Imo in l. ſi conſtante in 3. q. 4 par. princ. ſol. mat. & latius per Mod. in §. fuerat, Inſti. de act. Adde vt per Pau. de Caſt. conſ. 385.

b Men. Conſtante matrimonio. Rob. conſ. 519. in 41. Bar. Soc. inter conſ. Mariſen. conſ. lib. co. 1. ver. c. 3. Cran. conſ. 40. nu 4. late D. da. lib. 5. varia. reſol. c. 7. nu. 6. ver. de creditoribus mariti. & nu. 7. Aleia. conſ. 331.

c Alex. Creditorib. præſentib. Adde Bal. in l. poſt contractum. ff. de do. & in l. ait prætor. §. ita demum. ff. quæ in frau. cred. & in ſub. ꝯ. quæ in frau. in verſic. qui cum conceptiſſet.

d Ale. Non admittitur. Contra ꝑſumptionē iuris, & de iure nō admittiſ probō in contrariū. Fallit, niſi fuerit admiſſa, quo caſu valet & prodeſt, ſm Ioan. in c. cū Bertoldus. de re iud. Io c. fraternitatis. de frig. & maleſi. & in c. quia plerique. de immu. eccl. poſt prin. Quid aūt de iudice dicēte ſe taliſſe iniquā iniā & quid in teſt. vide Inn. in c. 2. de arb. adde gl. & Bal. hic. adde Doc. in c. 12 q. ſidem, de ſpon. Et ad primam limitatonē quam ſ. ſcripſi, adde quod no. Inn. de teſta. in c. cū eſſes. & ibi Doc. & Inn. in d. c. quia plerique. Et adde quod non ſolum per verā confeſſionē reſcindatur præſumptio iuris, & de iure, ſed ēt per tacitā, vt no. Bar. in l. abſentem. ff. de pę. Et ad hanc. gl. adde aliam in l. in contractib. in prin. & ver. nullo mō, & quod ibi no. Bal. de non nu. pec. dicit tñ Bal. in l. non ignorat. ꝯ. qui accu. ꝙ aut lex determinat ſup certo, & non cadit probō in contrariū. l. 1. ꝯ de rei vxo. act. aut ſuper dubio, & tunc tantum per confeſſionē per iſtā legem, quam intellige, vt per Bal. hic, ſi eſt facta confeſſio in iudicio, qui etiam quærit hic, an contra hoc admittatur probō p cōfeſſionē. De quo vide in gl. in Cle. literis. de ꝓbatio. & hoc ibi no. Imo. & primā limitationē approbat fo. de Imo. in l. inter ſtipolantem. §. 1. de verb. obl. āſē contra talem præſumptionē iuris & de iure admittitur ēt probatio per proteſtationem vt no. d. Ant. in c. 12 qui fidē, de ſpon. vbi ponit primam limitationē, de qua ſ. & vide gl. in l. licèt Imperator. aliàs in l. ſi ſeruum plurium. §. 1. de leg. 1. & ibi Imo. & no. in c. 1. quod met. cau. & in c. ex parte de reg. iur. Pariſ. Non admittitur. Circa hoc, quod cōtra ꝑſumptionē iuris & de iure nō admittatur probatio, niſi per confeſſionē partis, vide omnino Alcia. in l. à diuo Pio §. ſi pignora. ff de re iud. limitantē trib. mod. & adde, quod non ſolum p veram confeſſionem partis, ſed ēt per fictam, & tacitā reſcindiſ pręſumptio iuris, & de iure. ſm Bar. in l. abſentē. in 4. ff. de pęnis, quē alle. hic Ale. in §. ſi pign. Cui adde Bal. in add. Spe. in tit. de confe. in 2. parte. Pan. in c. 1. extra de prob. & in c. cū M. in ver. venio ad ſin, extra de conſti. facit quod vult Bal. in l. filiū quē habentē. C. fami. erc. vide etiam Barb. conſ. 98. in 2. vol. Item adde ꝙ non ſolum per confeſſionem partis cōtra præſumptionē iuris admittitur probatio, ſed ēt per notoriū, vide ſingulariter. Ro. conſ. 350. Abb. in c. ſubor ta. de re iud. itē & per inſpectionem rei, vide Pau. de Ca. in l. ſi. prope ſi. C. ad Maced. itē de iure rei vide latius Fel. in c. quanto. de præſump. Itē vide Iaſ. in §. cū te. C. de tranſact. vbi ēt ponit, ꝙ eſt potentior quarunq. alia probatio. Itē vide Fel. in c. qm̄ contra falſam, in ver. fallit 5. de prob. dum ponit, ꝙ contra præſumptionem iuris, & de iure quæ reſultat per ſniam. quæ tranſiuit in rem iudicatam, admittitur probatio per confeſſionem partis, ſuper quo vltimò vide, & limita vt p Iaſ. in repe. l. admonēdi. de iureiu. vide in repertorio in verbo, præſumptio, ꝙ in cā matrimonii non admittatur probō per confeſſionem partis contra ꝑſumptionem, q̄ oritur ex copula ſecuta poſt ſpōſalia. Itē ꝙ cōtra præſumptionē iuris, & de iure, admittatur probō per indirectum probādo aliqd qđ facit ceſſare talem pręſumptionē. vide Dec. cōſ. 54. Scia. Adde quod contra præſumptionē iuris, & de iure, admittaſ probō in contrarium per propriam confeſſionem, Bal. conſ. 54. li. 3. & adde prædictis Lanfr. de Brixia. in c. qm̄ cōtra falſam, in uerbo, confeſſiones, de prob. & ibi etiam ponit Fran. de Are. & extendit etiam locum habere in confeſſione ficta. alleg. Bar. in l. abſentem. ff de pœn.

LEX XX.

1 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.*
2 *Donatio propter nuptias, eſt donatio ob cauſam, ideo non inſinuatur.*

Cum multæ. No. hanc legem. No. primo, ꝙ hodie vocatur donō propter nuptias. No. ſecūdo 1 ꝙ † dos non pōt eſſe ſine matrimonio. Item † donatio propter nu 2 ptias nō eſt donatio ſimplex, ſed ob cauſam, ideo non requirit a inſinuatio, ᵃ vt hic, & gl eſt in l. Aquilius ff. de do & ibi vide, &c.

ADDITIO.

a Inſinuatio. Vide in auth. en decurſum, hic poſita. no. in l. ſi. §. ſi res. de iu. do. & ibi Bald.

§. Si igitur. Hic §. vſque ad §. ſimiliqne modo videt difficilis. iō debetis ſcire, ꝙ eſt quędam conſtitutio Imperatoris Leonis, qua cauet, ꝙ illud, quod datur debet eſſe æqualitas dotis. vt donatio propter nuptias habeat locum, ſeu intelligit in quantitate, hoc eſt tertia, quarta, quinta, non in qualitate. Sup hac l. habetis tres auth. Prima incipit, permiſſa, alia, dos data, alia, en decurſum, &c.

AVTHEN.

1 *Res immobiles non offeruntur, nec conſignantur.*

1 **Dos data.** No. † ꝙ hic dr̄, ꝙ res īmobiles nō egēt oblōne, vel conſignatione, ſed res mobiles tantum & gl. eā allegat in l acceptam, de vſu. & quotidie allegat ad hoc.

De nuptiis. *Rubr.*

Continua vt in gl.

LEX PRIMA.

Cum de nuptiis. Ego habeo iſtā legem pro notabili. Quæro, aliqua a puella ᵃ eſt deſponſata vni legitime, qa de ꝯſenſu ꝯſāguineorū, vel patris, bis diſcordātib: opus eſt arbitrio iudicis, vt hic dr̄, vtrum debeat morari apud ſponſum ſuum. & ibi alimētariſ. Iſta q̄ſtio forte erit ī ciuitate iſta de facto, & in hoc fuit requiſitus, ideo omitto & cogitabitis.

ADDITIO.

a Ale. Puella. Vide omn no. Bal. in l. ſi de appel. recip.

LEX II.

Si nuptiis. Hæc l. nihil valet hodie, & bř h dicit. Vbi cōſenſus alicuius requiritur, non eſt neceſſaria ſubſcriptio liberiatis.

LEX III.

1 *Nuptiæ turpes quæ dicantur.*

a **Libertum.** ᵃ Hoc dicit, & eſt bona iſta lex. Vna de cauſis exhērdationis de iure antiquo, eſt qn̄ filius b ꝯhit nuptias turpes, ᵇ tunc pōt exhæredari a patre. Ita habetis l. 3. 1 §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſ ꝯ tab. Certe † dicentur nuptię turpes, quando acciperet ſuam famulam, vel filiam famuli ſui. Facit ad hoc l. ſi filiam, & in auth. ibi poſita ſ. de inoffic. teſt.

ADDITIO.

a Men. Libertum. Pariſ. conſ. 19. nu. 16. lib. 3.
b Ale. Nuptias turpes. Adde Bar. in l. qui rogatus. de ma. uind. uide ēt in l. humilem, de inceſ. nup. & in l. ſi qua, in prin & a. hanc legem qualiter tenere poſſit factum contra legem, vide Bal. in l. non dubium. C. de leg.

LEX V.

a **Si vt proponis.** ᵃ Hic eſt vnus caſus, in quo præſentia inducit conſenſum.

ADDITIO.

a Ale Si vt proponis. Vide in c. cum cā, de rap. & l. cū qui ff. de ſtat. ho. & in c. 1. de deſponſ. impub. lib. 6. in gl. Sed an in executione matrimonij requiratur conſenſus patris, uide quæ dixi in l. 3. §. verum, de mino.

LEX VI.

1 *Filius natus ex clerico, & cōcubina, an legitimet ꝑ ſubſequēs matrimoniū.*

Et ſi contra mandata. Quęro circa hanc legem quid de liberis natis ante officiū finitū Gl. determinat, ꝙ nō ſunt legitimi, uide gl do Richar. Malumb diſputauit vnā qō. 1 † an filius natus ex clerico ī minorib. ordinib. ꝯſtituto, & ea ꝯcubina eius, legitimet ꝑ ſequens matrimonium. Et determinauit ipſe, ꝙ nō, ꝑ legē iſtā, inducēdo ſic leges, q̄ dicunt, ꝙ nati ea concubina legitimanē ꝑ ſequēs matrimoniū, loquunē in coitu ꝯcubinali, q de iure ciuili nō eſt ꝓhibitus, nec ꝑmiſſus, ſed ſtat in terminis naturę, ſm q̄ omnes liberi, & legitimi naſcebanē. Vnde in eis eſt ius nāle, ius verò ciuile nō adeſt eis, neq; pro neq; ꝯ. Sed qn̄ aliqs naſciē ex aliquo cōitu, ꝑ legē ꝓhibito, & improbato, ꝑ ſequēs matrimoniū nō ꝑt ltimari, vt hic, & nota in d. l. Paulus. Sed, ꝙ clericus hēat ꝯcubinā, iſtud eapſſe eſt ꝓhibitū a lege vt ſ. de epi. & cle. l. eū q ꝓbabilē, & auth. de mona. §. ſi qs autē. Cōcludit ergo, ꝙ ꝑ ſequēs matrimonium nō legitimat. D. Io And. ponit, iſtā q in ſuis Mercurialib. & determinauit ꝯtrium, Et in prædictis ſtandum eſt determinationi Canoniſtarum, vt in c. tanta. qui fil. ſint legit. & ibi plene notatur.

LEX VII.

In copulandis. No. ꝙ curator daē rebus, nō ꝑſonę, ſecus ī tutore, qa dt, q dat ꝑ tutela, &c. & in capite libero, & ſic ꝑſonę, ſecus ī curatore, vt hic vides, ꝙ no.

LEX IX.

a **Si vicinis.** ᵃ Ille ergo, q eſt natus in domo, vicinis ſciētib. eſt legitimus. Habes in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

ADDITIO.

a Pariſ. Si vicinis. Vide gl. in c. Michael. de fil. presby. q̄ idem dicit in cōcubina. Et adde tex. ſing. in l. miles. §. defuncto, ff de adul. & quæ ibi notata habes.

LEX

LEX XVI.

Patrem qui. No. hũc casum singularem, quod alimenta repetuntur, licet nõ gesserit animo gerendi alterius negotia.

LEX XXI.

A caligato. Solet hic tractari de dictione, quasi, & de dictione, vsque, de quo plenissime dixi in l. patronus, §. j. ff. de leg. 3.

LEX XXIII.

Imperialis. Hæc est vna de legib. Imperatorũ nonorum. Prosequere primo vsq; ad §. sed & si tales, in quo Imperator ponit vnum suum proœmium. Secundo ponit suum dictum, ver. sed & si tales. Tene menti hunc casum.

1 *Imperator quãdo dat dignitatẽ, videt dispensare de omni infamia, & nu. 4.*
2 *Delinquens peracta pœnitẽtia & habita indulgentia, habetur ac si non deliquerit. Adde Barb. consi. 3. col. 1. & 2. lib. 1.*
3 *Periurus pœnitentia peracta, habetur perinde ac si non fuisset periurus.*

a **§. Præsenti.** Alias, si miles. Hic est no. ver. & habet casum valde no. Habes ex isto ver. ꝙ † Princeps dã 1 do dignitatẽ, vr̃ dispensare de oĩ infamia, & not. & est de mẽ l. Barbarius ff. de off. pro. quam tractabo dño ꝓcedente. Ex princi- 2 pio hui⁹ l. habes notare, ꝙ † ille, q delinquit, post peractam pniam. & habitã indulgentiam, hr̃ perinde, ac si non deliquerit. Quod 3 facit in ar. pro teste periuro, vt post † peractam pniam b habeatur b ac si non fuisset periurus. Ita dicit gl. quã vide, & no. inci. not. ar. ꝙ testis. Vide circa hoc plene per gl. Inn. ex̃. de testi. c. antep. No. in ver. sed & si tales, ꝙ priuilegium habet suum effectum, etiam ante impletam causam, propter quam conceditur. In ver. similes, 4 † concedẽdo dignitatem, videt dispensare cum infamia, dicam in l. Barbarius Deo duce, de off. prætor.

ADDITIONES.

a Men. Hẽs ex isto. Dec. consi. 604. nu. 3. consi. 614. 10 fi. consi. 645. nu. 16. 17.
b Paris. Pœnitentiam. Vide Ias. in l. arenam, in 4. no. C. de inoff. test.

AVTHEN.

Quod eis. Bar. dicit, quod non est obligatorium contra bonos mores, præstitum iuramentum, vt hic, & in corpore vnde sumitur, & in c. non est obligatorium, de regu. iur. lib. 6.

1 *Filius natus antequam pater esset Rex, an dicatur filius Regis.*

1 **§. His.** Illud adiungimus. Istũ §. allegat gl. ad qõ. † vtrũ ille, q est natus anteq̃ pr̃ esset Rex, dicat filius Regis, vel ille, q est natus antequam pr̃ eius esset sacerdos, dicat filius sacerdotis, & ista qõ fuit de primo in succedendo in Regno. Fraciæ, q ibi erat vnus filius Philippi, natus antequã pr̃ esset Rex, alter natus fuit postea, ꝓtẽdebat qs succederet, hĩc fuit hic de facto ppter statutũ hic, ꝙ nobilis, &c. Et de hoc dixi in l. 2. §. in filiis ff de Decur. Hẽtis gl. quæ tangit multum in l. Senatores, in r. de Sena.

LEX XXIIII.

1 *Tempus nuptiarum, an intelligatur quãdo fit desponsatio, an vero coniunctio carnalis.*
2 *Relictum factum pro dote, an sit purum, an vero conditionale.*

a **Sancimus.** a Hic est satis notabilis casus, & est satis singularis. Bar. dicit. Cum de tẽpore nuptiarũ fit mẽtio, intelligit̃ de die quo nuptiæ celebrant̃. h. d. hæc lex. Dr̃ hic, ꝙ cũ fit mentio de nuptiis, intelli̅r de tp̃e nuptiarũ. Quæro, qñ̃o hic 1 † intelli̅r tp̃s nuptiarum, vtrum intelligat̃ cum coniunctio fit per copulam carnalem, an vero cũ fit desponsatio per verba de p̃senti. tex. vr̃ hic intelligere de cõiunctione, ibi, nisi, &c. E cõuerso facit tex. j. ibi, sed ex quo vota, &c. votũ nuptiarum procedit qñ fit sponsatio p verba de p̃senti, & ista secunda opi. est vera. Tex. habetis in l. cũ fuerit, & l. hæc cõdõ, de cõd. & de. & qñ dies leg. ced. l. 2 q. d. pupillæ, & Cy. hic tractat illã, qõ † pater relinquit centum p dote, vtrum videat relinquere pure, an si nuptias contraxerit, quã examinaui plene in l. Titii §. ante nuptias. ff. de cõd. & demõ. &c.

ADDITIO.

a Sancimus. Hanc limita, vt no. Bar. in l. pe. de vulg. & pup.

LEX XXV.

1 *Lex loquens de mente capto, non habet locum necessario in furioso.*
2 *Mẽte capti, & aliæ psonæ fatuæ, non hñt curatores legitimos, sed datiuos.*

a **Si furiosi.** a No. ꝙ lex quæ loquit̃ † de mẽte capto, de necessitate non hẽt locum in furiosis. Itẽ per hoc nos 1 dicimus, ꝙ furiosus, & p̃digus habẽt curatores legitimos. † Quid 2 de mẽte captis, & aliis fatuis psonis? Certe hñbũt datiuos, non legitimos. Ita tex. & gl. Instit. de curato. §. f. de epi. aud. l. de creationib. Facit ff. de postulando l. cui eorũ, cũ legibus præcedentibus.

ADDITIO.

a Alex. Si furiosi. Adde, quod no. Bar. in l. cui eorum, §. in curatoribus, ff. de postula. & vide Bal. in l. 1. j. de curator. furio. & in l. sed & si milites. §. cum autẽ, de exc. tut.
Paris. Si furiosi. An furiosi mente captis æquiparentur, vide Ias. in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Itẽ, quod disposita in furiosis locũ hẽant in mente captis, & econtra, vide ẽt Alexand. in l. ex facto. de vulga. & pup. subst. vbi ẽt ponit quid operet̃ declaratio Imperatoris facta in ista l. si oĩno disposita in furiosis habeant locum in mente captis, sine alia declaratione, & econtra.
Men. Paris. consi. vlt. nu. 1. li. 2.

LEX XXVI.

Si quis. No. quod filiam spiritualem non possum ducere in vxorem, nec etiam filius meus eam.

a *De incestis a & inutilibus nuptiis. Rubr.*

ADDITIO.

a Paris. De incestis. in l. ab incestis. de incest. nup. hæc l. intendit an cum vxore patris committatur incestus, p quam lucratus sum centum ducatos, & quod clericus in sacris dicat̃ committere incestũ, no. gl. & Bar. in l. 1. ff. de concub. Adde vtrũ pœna edita contra contrahentes incestas nuptias, habeat locum in eo, q cognouit sæpius vnã ca sororibus, postea cum alia cõtraxit matrimoniũ. Pet. de Anc. consi. 391. & an filij nati ex a. vxore ignorante de vita primæ sint legitimi, per eundem cons. 403. Et an filij nati ex matrimonio in gradu prohibito possint legitimari ratificando matrimonium, altero coniugũ iam defuncto, vide per eundem consi. 410.

Dictum est s. de nuptiis, verum quia quædam sunt incestuosæ, ideo submittit Rub. de incestuosis nuptiis.

LEX III.

Cum ancillis. Hic venit tractanda materia l. si adulterium cum incestu ff de adult. Videas cã j. eo. l. qui contra legum. & ibi gl. & ego plenissime, & eadem gl. est in corpore vnde sumitur auth. incestas, &c.

LEX VI.

Si quis incesti. Imperator in hac lege, punit contrahẽtes incestas nuptias. Item super ista l. habetis duas auth. vna incipit, ea compleau.

AVTHEN.

1 *Filius tenetur alere patrem exbannitum.*
2 *Pœna, de qua hic, an fiat ipso iure, vel per sententiam.*

a **Incestas.** a No ergo pœnam ꝯhẽtiũ b nuptias incestas. Item b no. ea auth. hac, & ĩ corpore vñ sumitur, ꝙ † fili⁹ 1 tenet alere patrem exbannitum, facit l. mutus. §. manẽte. ff. de iu. 2 do. Quæro † vtrũ ista bona publicent̃ fisco ipso iure, vel p sñiam. Tex. in corp. dicit ipso facto, quia dicit ꝯfestim. Quærit gl. hic de qb. nuptiis loquit̃ hæc auth. Quidã dñt de incestuosis, quæ sunt incestuosæ rõne sanguinis, si erat ꝯsanguinea. Alii dñt, ꝙ de oĩb. nuptiis p̃hibitis, & istã tenet gl. licet multi Doctores teneant primã.

ADDITIONES.

a Paris. Incestas. An ista pœna locũ hẽat in eo q cõtrahit nuptias incestas de iure Canonico, q̃ tñ nõ erãt incestæ de iure ciuili, vide Abb. in c. & si extra de donatio. vir. & vxor. in cõtrariũ vide Gemin. in consi. 52. Pet. de Anch. consi. 301.
b Paris. Pœna cõtrahẽtiũ. No. qđ istæ pœnæ nõ hẽre locũ cõtra illũ q accipit in vxorẽ sororẽ illius q̃ p fornicationẽ cognouit, qa quis oo postea in vxorẽ ducere, & cõmittat incestũ, & de iure illã à se vult separari, nihilominus nõ põt puniri istis pœnis, qa iste tex. intelligit̃ de cõsanguinitate & affinitate cõtracta iustis nuptiis, & non iniustis, ut p Anc. cõsi. 391. inci. Vr̃ prima facie, & vide tex. in l. fi. de nat. li. & ibi Bal. & Scribẽ. & gl. I §. si autem quis mod. na. effi. leg. & Ang. de Are. in §. nouissimẽ. Inst. ad Orfi. Ale. consi. 34. in l. 1. q. fi. de vulg. & pup. Ale. in l. Gallus. §. si enim. ff. de lib. & posthu. concor. ibi tradidit.

AVTHEN.

1 *Spurij sunt indigni omni substantia.*
2 *Filij spurij alendi sunt de iure Canonico, secus de iure ciuili.*
3 *Pater potest relinquere filio spurio pro alimentis.*
4 *Filia spuria potest pro dote legari.*
5 *Filij spurij legitimari possunt per principem, & quo ad quid.*

a **Ex complexu.** a No. † ꝙ isti filii spurii sunt indigni om 1 ni substantia. b ideo eis nihil põt donari, nec in testõ relinqui ab eorum patre. Ita declarat tex. in corpo 2 re, & in gl. No secundo, † ꝙ tales filii non sunt alendi. Hoc verũ de iure ciuili, sed de iure Canonico secus, vt extra de eo, q duxit in matri. q̃ pol. per adulteriũ. c. cum hẽct. Ex quo dixi, & ꝯsului, 3 ꝙ vsq; ad quantitatẽ sufficientem † pro alimentis pater põt huic 4 filio spurio relinquere. Et eodem mõ † filiæ spuriæ, c pro dote sua, quia sine aliqua dote, non põt aliter nubere. Tene mẽti. Quærit d gl. vtrum isti spurii possint legitimari d per Principem. Glo. dicit 5 hic, ꝙ † sic, & bene. Et gl. dicit idem in corpore vnde sumitur. Et vidi iam Comites, qui hẽbant priuilegiũ, & fiebat exp̃ssa mentio de illo. §. vñ sumit auth. ꝙ põt esse verum quantum ad tp̃alia, sed quantum ad spiritualia, non, nec Papa quantũ ad temporalia potest in terris Imperii, vt in c. per venerabilẽ qui filii, sint legitimi.

ADDITIONES.

a Paris. Ex complexu. Vide concor. per Cor. in c. grandi, de sup. negli. prælat. Item quid econtra, an talis filius teneatur alere patrẽ in egestate constitutũ, vide Ale. in l. s. ad fi. ff. de in ius uoc.
b Pom. Substantia. Nec sunt de agnatione, uel cognatione patris, nec põt respectu patris uel matris dici nobiles, & nõ solũ ipsi nõ põt dici, sed nec ẽt filij eorũ qui essent legitimi, & naturales. Ita Ang. in cõs. 390. incip. uisis diligẽter iurib⁹, & quot debeant concurrere in legitimatione, uide Pet. de Anch. consi. 248.
c Ale. Filiæ spuriæ. Filiæ potest relinqui pro dote, & alimenta, uide Bal. in l. fi. de his quib. ut indig. sed Bal. hic dicit qđ hoc non est uerũ in nefarijs incestuosis, secus in alijs spurijs. adde Abb. consi. 159. 2. lib. Et adde tu, qđ dictũ Bar. hic sequit̃ Io. de Imo. in l. Lucius. §. 1. ff. de leg. 1. & Mathesi. suo notabili. 145. & dicunt hoc seruari debere in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperij.
d Ale. Legitimari. Sed an in tali legitimatione sit necesse qđ exprimat̃ qualitas legitimari. uide Io. And. in c. si. de fi. presb. in nouel. quẽ sequit̃ Bal. in c. naturales, si de feu. fue. contro. inter do. & ago. & ibi uide gl. no. in materia. & Bal. in l. si qua illustris. j. ad Orfi. Adde Bal. consi. 306. lib. 1. Old. cons. 117. Ro. consi. 394. qui contraria contradicit & uide Pet. de Aocha. consi. 418.
Menoch. Consi. suo sing. uerb. spurius incipit, filij spurij Crau. consi. 777. col. 2. Soc. iu. consi. 136. nu. 3. 4. lib. 1. Dec. cõs. 176. nu. 5. Soc. consi. 161. lib. 1. alias non põt donare ẽt cum iuramento. Rui. cõs. 119. nu. 1. 6. lib. 3.

De interdicto matrimonio. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a Senatuscon. a Prohibitio ista non est de iure Canonico, vide glo. quæ format quædã contraria, & non soluit ib. de ritu nuptia l. fi. vel hic quo ad matrimonium irritandum: secus quo ad pœnam incestus. vt in contrario, sed in illis requiritur verus dolus, hic non, quo ad irritandum matrimonium, &c.

ADDITIO.

a Parif. Senatuscon. Vide Are. in l. filius a patre. § fin. ff. de lib. & posth.

LEX II.

Mater pupillę. No. ex hoc sequit, quod vitricus erat tutor pupilli sui. Et sic vides, quod vitricus potest esse tutor sui priuigni. ita hic, & j. de contrario iudicio tutelæ. l. fi. & l. nunnunquam. de adoptionibus &c.

LEX VIII.

Si quis. Vide gl. tuam, ibi, diuersum. Respondeo, quod nõ habet tantam ptãtem, in fi. dic, quod hæc nõ est eadem ratio, quia protutor non habet eandem potestatem, &c.

Si quacunque præditus potestate. &c. *Rubr.*

LEX VNICA.

a SI quis. a No. istum casum, quod si iudex ordinarius tibi iniuriatur, in protestãdo hoc, effugis eius iurisdictionem, facta protestatione: & hoc iam de eo, qui facit iniuriam intelligitur, quam de tota domo. Et de hoc videbitis j. de appellatio. l. si quis prouocatione, &c.

ADDITIO.

a Ale. Si quis. Vide gl. in l. apertissimi. de iudic. quæ limitat istũ tex. & pro isto tex. vide quod scripsi in l. quia poterat. ad Treb.

De secundis nuptijs. *Rubrica.*

Supra visum est de primis nuptijs, sequit videre de secundis. q̃rit glo. quæ dicantur secundæ nuptiæ. Rñdet, & bene, φ omnes nuptiæ post primas dicantur secundæ nuptiæ, quod no.

LEX PRIMA.

1 *Mulier quo casu potest decedere pro parte testata, & pro parte intestata.*
2 *Quæ pœna contra secundo nubentes sit de iure Canonico correcta.*

a SI qua mulier. a Debes scire, quod hic titulus cõtinet duplicem tractatum. Primus b est de muliere, quæ nubit b secundo intra annum, & de hoc loquitur l. j. & 2. huius tituli. quæ materia erat cognita de iure ſſorum. Secundus est de materia nubẽtium secundo post tps luctus. De hoc tractat l. fœminæ, cum omnib. sequentib. vsq; ad finem. de iure ſſorum erant cognitæ. Itẽ scias, quod hæc l. punit mulieres secundo nubẽtes intra tps luctus quinq; pęnis, hoc ordine. Prima pęna est in seipsa. Secũda, in psona viri. Tertia, in relictis a quibuscunq;, post dictas nuptias festinatas. Quarta in relictis a primo viro, et post dictas nuptias. Quinta, in his quæ eis deferuntur ab intestato. Secunda ibi, præterea. Tertia ibi omnium. Quarta ibi, his etiam. Quinta ibi, eandem quoq;. Opp. ff. de insa. l. solet Sol. ibi impetrauit a principe. Opp. secundo de l. liberorũ. §. j. de his qui notan. insa. Sol. Ibi vir non erat lugendus, vt ibi declarat tex. Item opp. quis non potest pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus. vt ff. de reg. iur. l. ius nostrum, sed hic vr̃ 9rium, quod mulier potest relinquere viro vsq; ad tertiam partẽ. Ergo si institueret eum hæredem in totum, remanet pro parte testata, & pro parte intestata. Gl. dicit quod immo maritus erit hæ-
1 res in solidũ, licèt partem fisco restituat. vel dic, † φ hic casus est specialis, quod mulier decedat pro parte testata, & pro parte intestata: quod satis est tolerabile, vt videmus in milite, qui habet priuilegium: ita & in muliere, propter personã. Quæro, dicitur hic, quod ea, quæ ab extraneo relinquunt, remanent apud hæredes: ea quæ relinquuntur a viro veniunt ad personas enumeratas: q̃ est rõ diuersitatis? dic, vt i gl. quia vir magis offenditur. Quæro, quid si mulier habuit substitutũ? Rñ. substitutũ pferri, vt habes i
2 gl. Quæro, † vtrũ pęnæ, q̃ apponuntur c per istas leges sint hodie
c correctę de iure Canonico, cũ dicat Apostolus: Mulier mortuo viro nubat in dño. Gl. quæ est hic, tenet φ sic. Idem tenet in l. liberorũ. §. notant. de his qui no. insa. Contra tenet in l. decreto j. ex quib. cau. in sa. irrog. Inn. extra. de sec. nup. c. fi. & oẽs Canonistæ tenẽt istam opi. quod pęna, quæ imponitur ei, qui nubit nimis festinanter, sit correcta: sed pęna, quæ imponit ideo, quia nubit
d secundo, ista non est correcta, vt videbitis j. eo. l. fœminæ d &c.

ADDITIONES.

a Ale. Si qua mulier. Quæro vt ü. Sed aduerte, quia gl. in l. decreto. sup. de infa. tenet qđ de iure Canonico nõ sit correcta pęna festinanter nubẽtis, & ibi vide Bar. qui tenet gl. hic. Sed aduerte, q̃a Bar. in d. §. notater, dicit istud qđ hic dr̃, quod pœna mulieris nubentis festinanter, est correcta. Istud est verum, quando non potest sanguis cõmisceri, vt quia mulier est senex, non faciens filios, vel q̃a maritus fuerit p annũ a longinquo, & postea mortu° ẽ. Ita tenuit Paul. de Lea. in suo cõs. de quo inc. fi. de secun. nup. & vide Bal. in l. decreto. Adde, qđ Ang. in consi. inci. Maritus veniens ad mortem, dicit, quod si maritus instituit vxorem hæredem, quæ postea intra annum transiuit ad secunda vota, priuatur hæreditate, vbi hoc concludit, quod tanquam ingrata, & offendens animam defuncti, non autem quia durent pœnæ legales, & idẽ cõsuluit Bal. in cõs. incip. In Christi nomine amen. pro, omni facto, &c. Itẽ adde si nubat intra annum non perdit priuilegia dotis. adde an pœnæ festinant si ad secundas nuptias sint sublatæ. Pet. de Anch. consi. 100. Pau. de Ca. consi. 274. Ioã. de Anan. consil. 83. An autem si maritus leget vxori centum si non nubet, nubendo incurrat pœnas. Ro. quod non. consi. 219.

b Parif. Quæ nubit. No. tamen quod tempus currit etiam vxori ignoranti. Ita Cano. in c. quia diuersitatem. de conces. præb. & vide glos. singularem in c. statutum. de præben. in 6. & circa materiam huius l. i. vide omnino Ro. sing. 261. incip. tu scis. al. 25 est 257. Cre. sing. 76. vbi ponit an pœnæ istę habeant locum quando maritus dedisset licentiam vxori in testamento nubendi secundo viro. vel quando filii primi matrimonij in hoc consentirent. Et gl. est quod non, in auth. de non eligen. secun. nub. in princ. & Ang. ibi instruit aduocatos. Idẽ tenet Ang. & Mod. in l. mater. in fi. infra ad Tertul. vide Ro. vbi melius loquit consi. 219. cõs 405. Barb. 2 rep. l. cũ acutissimi. inf. de fideicom. Cęp. cautela 330. inci. Do. insignis, & Ro. in d. consi. 219. declarat quas pœnas possit maritus remittere, & dicit ẽt, φ mulier non potest pati pœnam in acquisitione ex titulo oneroso. Itẽ not. ad materiam huius legis, quod pęnæ in, quæ mulieri transeunti ad secunda vota habeant locũ in vidua luxuriose viuente. Tex. est, & ibi Panormita in prin. in c. vxoratus. de conuers. côiugat. Bar. in l. his solis, per illũ tex. C de reuo. dn. ubi etiã Sal. & Bald. vide ad l. atto. in l. omnẽ. C. ad Tertul. Vide Ale. in 2. post. in l. libertus, §. notanter. ff. de his qui no. infam. Itẽ an mulier transiens ad secunda vota, perdat legatũ vsusfructus sibi relicti in testamẽto, & substitutionẽ pupillarẽ, vide do. Frã. consi. 40. Item inquantum dictum est quod maritus possit remittere, vel filij primi matrimonij, pęnam secundo nubentis, uide Ias. in l. filium, C. famil. ercis. in 2. nota. Itẽ an, & quãdo mulier transiens ad secunda vota dicat facere iniuriã marito, & hæredib. suis vide do. Fran. cõs. 155. vbi etiam ponit de luxuriose viuente. Itẽ an istæ pęnæ locũ habeant in uiro transeunte ad 2. vota intra annũ luctus, & in quib° iste titulus sit correctus de iure Canonico, vide Rom. cõs. 158. de quo vltimo, an & quãdo lex ciuilis possit sup matrimonio, vide Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, extra. de consti. Itẽ circa materiã an mulier priuetur proprietate rerũ sibi donatarum cõtemplatione mariti. vide Rom. cõs. 405. Cre. in sing. 84. Itẽ vide qđ dicit Ant. de But. in consi. 57. in pri. qđ si maritus reliquit vxori cum nubet secundo, facit contra commune votum maritorum. Item quæ pœnę hodie sint correctę in secundo nubente & quod priuetur bonis mariti quãtum ad proprietatem, non quo ad vsumfructum, si forte maritus reliquit filium qui postea moriatur, & mater ei succedat, in bonis autem filio obuentis aliunde succedat pleno iure. Itẽ quæ pœnæ hodie sint correctæ, vide Io. de Ana & I. nlog. in addi. in consi. 102. Item quod tempora hodie secũdo nubentis sint correcta, & diminuta, & quod tamen sit act° laudabilis, nec sine pudore, vide Bal. nu. in proœmio Decre. Rex pacificus. Itẽ sicut mulier transiens ad secunda vota sit suspecta, idem sit in viro, vide Cor. in l. iubemus. i prin. C. ad Trebel. post Fel. ibi. Item an secundæ nuptiæ licèt possint contrahi, sint tñ inhonestæ, vide Soc. in l. hæc conditio. la 1. in 3. not. de cond. & dem. vbi etiam ponit pp hoc an matrimonium sit actus reiterabilis. Itẽ qđ pęnæ impositæ secundo nubenti fauore filiorũ primi matrimonii, hodie locum habeant, & procedant ita contra patrem, sicut contra matrem. uide Dec. consi. 57. Et ibi etiam ponit an in tali luctu nepos succedat in locum patris, vt cum alijs filijs admittatur. Et tenet quod sic. An autem hodie sint correctæ omnes pęnæ etiam fauore filiorum inductæ, vide Dec. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de consti.

c Pom. Quæ apponuntur. Et Fel. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de consti. & Fred. cons. 36. & Ana. cons. 37. aliàs 33. & ibi addita. & c. 3. & ibi addita. & Ant. in c. canonum statuta. de consti. & Pan. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. & in c. a. fi. de sponsa. & Capra consi. 70. & Ro. sing. 215. & Mod. extendunt in tracta. de stat. exclu. fœmi. a succes. & lib. cogna. in 5. q. prin. art. 1. & ibi principaliter quærit, an valeat statutum prohibens mulierem transeuntem ad 2. vota succedere filio. & Aret. in d. c. ecclesia. Soc. consi. 34. & 16.

d Menoch. Feminæ. Dec. sup. in rub. nu. 7.

AVTHEN.

a Iisdem pœnis. No. hanc auth. Quærit glo. cum hodie nõ iuret, an habeat locum ista pęna. a Communiter tenetur φ sic. Et vide gl. Et no. istã auth. quia credo, φ non est correcta secundo no. quod mater tutrix, quæ trãsit ad secunda vota, non reddita ratione, nec constituto tutore, alias patitur pęnas, de quib. loquitur. l. j. s. eo.

ADDITIO.

a Parif. Ista pęna. An hodie habeat locũ pęna istius auth. vide late Pau. cõs. 264.

LEX III.

1 *Mulier secundo nubens post annum luctus, an habeat solum vsumfructum eorum, quæ lucratur ob mortem filiorum præcedentium.*
2 *Vir transiens ad secunda vota, an teneatur reseruare filijs, quod lucratur ex hæreditate filiorum præmorientium.*

a Fęminæ. a Hic incipit tractare de pœna secundo nubentium, licèt post tempora luctus. Circa hanc legem

ADDITIO.

a Bar. Fœminę. Adde Bart. consi. 54. inci. Ang. Mariæ, ad quid allegauit hanc. vide ibi omnino de transitu ad secunda uota.
Ale. Fœminæ. Adde quod mulier transiens ad secunda vota intra annum, non excusat maritum a pœna in casu l. pen. & ibi Bald. infra in quib. cau. pig. taci. contrahi. in materia vide Bal. hic, qui tenet contra Bart. & Inn. & an idẽ sit, si matrimonium soluatur, vide Bal. hic. & in l. 2. & in materia Pet. de Anch. in c. canonum statuta. & Cy. in l. si qua illustris. inf. ad Orficia. Sec.
Parif. Fœminæ. Ad limitationem huius legis, vide Are. in trac. testam. in gl. in verbo, donec caste, & honeste vixerit.

gem quęritur, † vtrū mulier habeat solū tempore vitę suę vsum fructū tantum, vel proprietatem, prout antiqui putabāt. Hoc est hodie decisum per authen. in donatione, quā vide in continēti. quod ad mulierē spectat solus vsusfructus, nō proprietas. Quęro secundo, a vtrū hoc procedat hodie, quod mulier possit diuidere inter liberos, prout vult. Certè hoc hodie correctū est, imo ad omnes ęqualiter deuenit, & mulier circa hoc nō potest disponere; hoc dicit authen. lucrū, quam vide. Venio ad ver illud quęro. † Quid in masculo viro transeunte b ad secunda uota, vtrū illud qd lucratur ex hęreditate filiorum pręcedentium teneatur aliis reseruare. Gl. dicit quod sic. Allegat authen neque virū qd ex dote. §. j. & vide gl. super verbo, delata & vid gl & signa eā Similis gl est ī auth. de nup. §. j. illa authen. neque virū, ꝙ ex dote. c non loquit, nisi de eo quod vir lucratur ex dote. vel donatione, non de eo, qd lucratur ex hęreditate filiorū pręmortuorū. Postea in auth. de nō eligen. secū. nub. § eū igitur. dicit indistinctè, qd quicquid alter coniugū lucratur ex hęreditate pręmorientiū filiorum, pleno iure habeat, nec reperitur lege cautū quod pater proprietate priuetur. Si ergo illa Auth. de non elig secū. nubē. non reperit correcta, ergo videtur quod ista gl. non dicat verū. d Ista q̄stio semel fuit Bono. & in ea consuluit Fran. de la sala aduocatus egregius, & dicit sic, multū benè visu meo verū est, qd nullo iure reperiatur cautū, quod pater priuetur proprietate, sm qd dicit illa Auth. de non eligen. secun. nuben. Rō est, quia sm illa tēpora pater non succedebat filiis in proprietate, vt l. a. ī ad Tertul. & ideo non poterat priuari ꝓprietate. Rō, q̄a non succedebat: sed cū hodie per Auth de hęre quę ab intest. succedant ęqualiter pater & mater, puto, qd ęqualiter priuentur, & iō dico, qd ista gl. dicit veritatē. Ita dicit ipse. Quęro, lex ista loquitur de hęreditate filiorū decedentiū, qn̄ aliqs transiuit ad secūda vota, q̄ro qd de filiis decedentib. ante. certè super hoc est posita auth. ex testamento. quā vide. Ad quā aduerte, quia est notabilis. &c.

ADDITIONES.

a Ale. Quæro secundo. Vide gl. oo. in l. aufertur. de his qui. vt indigni. vide gl. in l. generaliter. i prin. infra eod. & gl. & Barto. hic. & Bal. idē in l. j. in prin. sup. eod. Sed vtrū habeat locū in fœminis viduis, luxuriose tū viuentib. dic qd sic, vt dixi post Bar. in l. liberorum. §. j. de his qui no. ifa. & adde qd dixit Bal. sæpius se de facto vidisse, qd licèt mater transiens ad secunda uota, priuetur successione filii, tñ filius natus ex secūdis nuptijs succedit fratri suo ex primo mr̄monio nato, & dr Bal. se cōsuluisse per illū tex. in l. adoptiuum. §. fi. de i ius uo. vtrū aūt tacita pupillaris excludat matrē transeuntē ad 2. vota. Ang. in l. 2 i fi. prin. de vul. & pup. dr, qd sic. Sed tm. ibi cōtra. & vide ibi Bar. Sed an lucrū delatū mulieri in bonis viri, ex forma statuti perdatur, si trāseat ad secunda vota exstātib. liberis, Bal. in auth. ex testamēto. infra eo. tenet, qd sic, quo ad propr etatē, non quo ad vsumfructum, sed secundum qd dicitur hic, in l. fœminæ. in prin. p limitatione huius l. vide Ang. in auth. de nō eligen. secun. nub. i prin. ad ampliationē huius l. vide Bar. in l. his solis, de reuo. do. & an pater trāsiens ad 2. vota, teneat reseruare, &c. vide plene disputatū p Mathe. in tract. de success. ab intest. in 2. art. principali. & vltra supra allegata vide p ista parte Azo. in sum. C. de sec. nup. & oino. auth. sed & si quis in 3. q. inf. eo. & Io. And. in Spec. de sec. nup. Facit qd no. Ang. in § quia verò. in Auth. de nup. & Host. in Sū. de secun nup. & Bar. in l. de emancipa. p illū tex. & in rub. inf. de legi. hæredi. Adde an mulier transiens ad secunda uota post annū luctus amittat donata contēplatione viri. Ro. consil. 306. Et an maritus transeūdo ad secunda vota, amittat lucrum ei datum per statutum, vide per eundem consi. 190. & an amittat legatum sibi factum a viro, vide Rom. consi. 249 & vide Old. consi. 32.

b Poma. Transeunte. Quærit ēt, quid si filij renunciassent ētiā iuramento successioni paternæ, aut maternæ, an haberet tunc locū dispositio huius l. illis ad secūda uota trāseuntib. vide Old. cōs. 303 & vide Ale. cōs. 272. & cons. 190. ad fi. & cons. 219. & Ana. cons. 73. & Captā consi. 57. & 58. & 52. 67. & 93. & Rom. 405. vbi quærit, nunquid hęc lex habeat locum in donata vxori, cōtemplatione viri, & quid in donatione propter nup. & Ale. consi. 109. vol. 3. vbi dicit, quod si maritus fuit inuestitus contemplatione vxoris de aliqua re, & ea mortua transiuerit ad secunda vota, quod ille tenetur reseruare filius primi matrimonij. & Soc. consi. 263. in 2. dubio.

Men. Dec. sup. in rub. nu. 6. 7. & consi. 7. nu. 3. Maria. consi. 34. col. 2. 3.

c Paris. Ex dote. Quid autem in lucro quod facit vxor virtute auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. v. de Pau. consi. 173. Quid in lucro quod facit vxor virtute statuti, vide Crem. sing. vltimo.

d Paris. Bononiæ. Vide Cæp. caut. 238. Ang. §. si non expectat; in §. neque illud, in authen. de nup. vide Bar. consi. 55. ad fi. Pau. consi. 312.

AVTHEN.

1 *Lex fœminæ, an sit correcta, ita quod nullis superexistentib. liberis propter transitum ad secunda uota mulier priuetur proprietate bonorum.*
2 *Quod filius percipit ab auo, an dicatur percipi ex substantia paterna.*
3 *Auus continetur appellatione patris.*
4 *Extensio non fit in correctorijs.*

Ex testamento. a Habem' hic duo dubia. Primū dubiū est super quadam gl. super verbo, filii. Ista est periculosa glo. Innuit, qd hęc † l. fœminę. in fi. sit correcta, qd mulier transiens ad secunda uota, etiam nullo superstite filio, priuatur proprietate bonorū filii. Ita videtur velle b hęc gl. Ego puto, qd ista gl. malè dicat b & corruptè fuit scripta: nā l. fęminę. in fi. dt cōtra, & in nulla parte iuris reperitur correcta nā in auth de non eligendo secundo nubentes. indistinctè conceditur matri plena ꝓprietas, in Authen. de nup. § hinc nobis, ibi fit distinctio, quæ apponitur in auth. quod loquitur, qn̄ alij filij superessent, vnde nescio. c vnde gl. h. d & hoc anno consulendo, & iudicando bene quinque vicib. dixi contra hanc gl. Secundo quæro, dr̄ hic, quod solum vsumfructū percipit ex paterna substantia: quid de his, quę ad filium proueniunt ex substantia aui paterni? d Tex. hic & in corpore dicit, quod † ex paterna substantia. Satis mihi vr̄ prima facie, ꝙ non sit ex substantia paterna. Illud. n. quod filius hēt ab auo, vr̄ aduentitiū quo ad patrem, vt l. quęsitum, in priu ff de le. j. & ibi no. Pręterea, † appellatione patris continetur auus, ex interpretatione. vt l. iusta interpretatione, de verb. sig. Sed qn̄ † tractatur de legis correctione, nō est nostrum legem extendere, vt l. si verò §. de viro. ff. sol. mat. Et habuistis in auth. cassa. ē. de sacros. eccl. sed ista auth. se habet pro correctione ad auth. de non eligend. secun. nuben. ergo, &c. In ꝯrium videtur casus, in l dedi dotem. de colla. bo. Nam auus videtur velle, ꝙ pertineat ad nepotes, ideo quia nolebat pertinere ad filium. Contraria loquuntur, quando constat, ꝙ auus dedit contemplatione nepotis, magis quàm cōtemplatione filij, ideo hic succedit nepos, quia in locum filij succedit.

ADDITIONES.

a Paris. Ex testamento. Circa materiam huius auth. vide Ale. in l. adoptiuum. §. patronum. el. r. ff. de in ius voc. vbi ponit, an filii ex secūdo matrimonio prohibeantur succedere fratrib. suis ex primo.

b Alex. Malè dicat. Vide plene per Matth. in tract. de succes. ab intest. in 2. artic. prin. & contra hoc consuluit Bal. in consi. Pet. Carbitij, & Bal. idem hic, & est tex. in l. cum in alijs, & ibi Bal. in l. fi. inf. eo.

Men. Et cum Bar. transit Afflictus decis. 61. & Rui. consi. 21. nu. 2. 3. lib. 5.

c Barb. Vnde nescio. Ego consului pridie contra istam glo. & vide hic Bal. & allegaui D. Pet. in suis consi. vbi tenet Bar. contra istam glo.

d Menoch. Aui paterni, Boe. q. 192. nu. 2. 3.

AVTHEN.

Sed & si quis. Ista auth. est magis fastidiosa, q̄ aliqua de mundo. Tres lect. habet ista auth. tene secundam. cc. j & 3. lect. non placent Doctorib. nostris: quia si nō esset pactum appositum de lucrando liberis existētibus esset trīmō, qd alius lucretur aliquo ex liberis existente. Secūda lectura, quam posui, habet in se istam rationē: quia sicut lex priuat matrem propter transitum ad secunda vota, illo lucro, ita in modū cuiusdam recompensationis permittit vt lucretur aliquo ex liberis pręmoriente. Ad istam lec. opponitur de verb. obl. l. si ita quis stipulatur. vbi stipulatio semel commissa, non committitur in perpetuum. Solu. Hic non redit ad mulierem ex pacto non existentium liberorum, secundum Cyn. Cętera dic, vt in gl.

LEX IIII.

Cum alijs. a Br̄. h. d. Mulier transiens ad secunda vota, quæ lucrata est a primo viro, tenet liberis primi matrimonij seruare, quę lucrata est a scdo, tenet̄ reseruare filiis secundi matrimonii, siue ad tertia vota migrauerit, siue nō, alias de q̄ sua inter filios ęqualiter diuident. h. d. hic nu. tex. &c.

ADDITIO.

a Alexan. Cum aliis. Et no. quod prius possunt damnari filii secundi matrimonij quam primi, in authen. vnde si parens, & ibi Bal. sup. de inoff. testam.

LEX V.

Generaliter. a Breuiter hoc intendit, eo modo quo lucra debet mulier liberis reseruare. eo modo vir; & earum rerum est eis alienatio interdicta, hoc dicit vsque ad §. in iis autem.

g Propositum. Vide Bal. in l. si. & Bar. in l. si quis sub cõditione ff. de testa. tut. & Par. in auth. minoris. ad fi. sup. ti. 1.

In quib. casib. habenti tutorem, tutor, uel curator dari potest. *Rubrica.*

LEX I.

Si in locum. Curator datus ob absentiam tutoris, desinit finita absentia esse. h. d.

LEX II.

Potuit. In locum excusati, seu remoti, est alius dandus, & curator datus in locum tutoris, desinit pubertate pupilli.

LEX III.

a Propter. a Diffusum patrimonium est causa, vt habenti tutorem, tutor vel curator constituatur. h. d. Vide gl. super ver. curatores. & no. eam, quæ ponit casus, quando habenti tutorem, tutor, dari possit, & c.

ADDITIO.

a Ale. Propter. Vide, quod ibi dixi post Bart. in l. 3. §. pupillus. ff. de tut. & glo. & ibi Bar. in l. curatorẽ. ff. de tu. & cur. da. ab his, vbi omnino uide quãdo habẽti tutorem, tutor dari pos. & adde gl. inst. de cu. §. interdum, & Spe. in tit. de tu. § fi. uer. item, quod habenti.

LEX IIII.

a Licet. a In locum tutoris excusati, siue remoti, alius est dãdus, h. d.

ADDITIO.

a Pom. Licet. Ergo habenti datur regulariter curator & vide Rom. consi. 454. ubi limitat, & ibi etiam ponit qualiter curator sit dandus pupillo consenti.

LEX V.

Cum ob augmentum. Augmentum facultarum est causa, vt tutori adiungatur curator. Item non gerens non tenetur nisi tẽpore administrationis depositæ, ille qui gessit, fuit nõ soluẽdo. h. d. in summa.

De administ. tuto. & curato. *Rub.*

Super ista rubrica, in eo, quod dicit de pecunia, est posita auth. nouissime cautum est, quam vide.

LEX PRIMA.

Frustra. Curator adulti non tenetur pro tutorib. pręcedentibus, nisi sibi possit negligentia imputari. h. d.

LEX II.

a Aduersus. a Actio pro vniuersali administratione non pt̃ exerceri durãte tutela, vel cura. h. d. Vos hic habetis gl. q̃ materiã istam tractat, q̃ non eget suppletione.

ADDITIO.

a Aduersus. Per Bar. in l. 1. C. ut act. ab here. & uide inf. eo. l. rationes.

LEX III.

Sumptus. Expensæ factæ in pupillum possunt sibi imputari a iudice, licet non fuerint taxatæ. h. d.

LEX IIII.

Nisi eam. Libertus negligens in exigendo a seipso, põt remoueri, & etiam puniri. h. d.

Frustra. Non est iusta causa recusandi solutionem, si creditor dicat, ꝙ sibi non liquet, in quam causam pupillo soluere habeat.

LEX VI.

a Non est ignotum. a Habeo istam l. pro no. & breuiter. h. d. Administratores, qui iustam causam litigandi non habuerint, proprio nomine in expensis condemnantur.

ADDITIO.

a Ale. Non est ignotum. No. pariter istum casum, & vide Bart. in l. edita, in fi. sup. de eden. & in l. 1. § procu. si quis ius di. non obtemp. & uide tex. & ibi Bar. & Nico. de Neap. in l. 5. §. si pupillus. ff. de tut. & ra. dist.

LEX

L E X VII.

Tutelam Tutor non debet rem alienare contra formã datam ab eo, qui rem prædictam legauit. h.d.

L E X VIII.

Et si sciſſes. Ignorans se tutorem, nullo modo teneť. Sciẽs vero de neglectis tenetur, si gerẽs nõ sit soluendo. h.d.

L E X IX.

Si curatores. Poteſt adulta Iudicis officium intentare, vt curatores eam dotent. h.d.

L E X X.

Si liberti. Liberti male adminiſtrantes, remouentur, & criminaliter puniuntur.

L E X XI.

Si bonam. Qui nõ appellat, vel appellationem nõ eſt ꝓſecutus, cũ bonã cauſam habuit, pupillo ob hoc condemnabitur. h.d. & eſt bona lex.

L E X XII.

De his, Numerus liberorum non ſupplet ętatem, nec propter hoc ad agendum quis admittitur.

L E X XIII.

Tutores. Tutores non tenentur ſatiſdare rem ratam haberi. h d.

L E X XIIII.

Rationes. Idem dicit quod l. a. ſ̃. e. Pro vniuerſali adminiſtratione, non põt durante officio ratio poſtulari. h.d.

L E X XV.

Si non ſubſcripſiſti. De eo quod quis fecit, vt tutor, nõ poteſt proprio nomine conueniri, niſi proprio nomine ſe obligauerit. h.d.

L E X XVI.

a **Non omni titulo.** aAlienatio tutoris non pręſtat iuſtum titulũ poſſidẽti, niſi fiat ex cauſa, & modis a iure ꝑmiſſis. Vos habetis hic vnam glo. quę firmat, quod frater teneatur dotare ſororem, vide gl. & hic no. 2. gl. & in l. t. ff. de tu. & ra. diſt. &c.

A D D I T I O.

a Alc. Non omni titulo. Adde tex. & quod ibi no. in l cum plures. § pe. ff eo not. per Bal. in l. ſi pater. C. de do promiſ. Bal. in l. qui liberos, de rit. nup. & in l. j. ff ſolu. mat. & Ang. & Imo in l. a filio, in prin. ff. ad Treb.

L E X XVII.

De ſucceſsione. Adminiſtrare tutelam, non aufert ius teſtandi, vel donandi. h.d.

L E X XVIII.

Debitoribus. Adminiſtrator debet debitores monere, & eis ceſſantibus pignora vendere. hoc dicit.

L E X XIX.

Tutor. Abſentia excuſat tutorem ſcientem, & non gerẽtem.

L E X XX.

a b **Pro officio.** aPro mala adminiſtratione, & ꝑ neglectis, bona adminiſtratoris sũt tacite obligata. b h.d. hęc l. & tota die allegatur de admi. tuto. l. pro officio.

A D D I T I O N E S.

a Paris. Pro officio. Adde tamen ꝙ bona hæredum tutoris non ſunt tacite obligata pro ratione reddenda. vide Com. conſ. 38 incip. Quæritur an bona, etiam ſi talia bona eſſent quæſita ex reb. tutoris, vide ibi.

b Alc. Obligata. & intellige, ꝙ bona tutoris, & curatoris & etiam eorum fideiuſſorum, ſunt tacite obligata, etiam ad lites l. properãdum §. fin. quod alibi expreſſius non reperitur, ſecũdum Baldum. ibi C. de iudic. Secus in procuratoribus, & actoribus eorum, vt ibi. Creditor vero nõ poteſt bona, nec perſonam tutorum impedire, l. cum etiam, & ibi Bal poſt gl. ſupra de reb. cred. & l. 3. & ibi hoc no. limitat Bald. quando fiſc. vel priua. Ad quod vide not per Bald in l. ſub prætextu, ſupra de her. act. Quid in Rectore eccleſię, dixi in l. Reſpublica. ſup ex quibus cau. ma. & adde hic Bart in l. actor. ff rem ra haberi, & in authen. ſicut, de leg. tu. Adde quãdo tutor, uel adminiſtrator, & eorum hæredes teneantur de mala admin. Rom. conſi. 308.

L E X XXI.

Pupillorum. Tutor tenetur de admi. tutelę, ſi ↄditionem pupillo vtilem implere neglexerit. hoc dicit.

L E X XXII.

1 *Bona, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non poſſunt per tutorem alienari ſine decreto iudicis, & nu. 5.*
2 *Minor non poteſt dare in dotem, uel donationem propter nuptias bona immobilia ſine decreto.*
3 *Domeſtici, & familiares admittuntur ad probandum, ꝙ quis habuerit in domo maſſaritias, & ſuppellectilia.*
4 *Mulier tranſiens ad ſecunda uota, eſt filiis primi matrimonii multum ſuſpecta.*
5 *Res quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non alienantur ſine decreto.*

a 1 **Lex quæ tutores.** aBr̃ hoc intendit. †Immobilia, & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, non poſſunt alienari ſine decreto; Secus in his, quæ ſeruãdo, ſeruari non poſſunt. h.d. Primo no. quod dixi in ſummario. Secundo not. †ꝙ minor nõ poteſt dare in dotem, vel donationem propter nup. bimmobilia ſine decreto. Tertio not. & tene menti, quod †quicquid habuit aliquis in domo, quas maſſaritias, ſeu quę ſupellectilia, põt probare ꝑ domeſticos, choc eſt, per ſuos familiares. Facit quod habuiſtis in l. conſenſu. ſup. de repudi. & l. de ſubmerſis C. de naufragiis. lib. 11. Quarto no. illud quod †mulier tranſiens ad ſecunda vota, eſt filiis primi matrimonii multum ſuſpecta Not. quinto †ꝙ res, quę ſeruando ſeruari poſſunt, alienari ſine iudicis decreto, dnon poſſunt.

A D D I T I O N E S.

a Alexand. Lex quæ tutores. Et qualiter iſtud dictum intelligatur, vide quod dixi in l. t. ſupra de præd. mi.
Pom. Lex quæ Vide aliter per Pano. conſ. 20. volu. 2. & Are. 22. in prin. & limita ut per Iaſ in l ſi frater in ſi ſup. qui teſt fac poſſ.
Paris. Lex quæ tutores. Circa materiam huius legis vide omnino Bar conſ. 70. & ea quæ habes ad Bart. in l. magis puto. §. nec paſſim. de reb. eo. ubi habes qualiter & quæ poſſit tutor, vel curator de bonis minorum diſpenſare.
b Alc. Propter nup. Vide Bar in l. ſi ante nuptias ff ſo. ma.
c Paris. Per domeſticos. Vide Fel in c quoties, extra. de teſt. Et magis creditur domeſticis illis. Et vide quæ dicit Bar in l. quoties. C de naufr li. 11. per illum tex. qui exponit reficiat in domo vel naui, probatur per veriſimilitudinem.
d Pom Sine iudicis decreto. Vide ad hanc l. Bar conſi. 49. & vide Fel. in c. venerabili, ad ſi de offi. deleg. & Alc. conſi. 21. vol. 2. vbi dicit, ꝙ per iuramentum derogatur huic ſolutioni, & decreto iudicis.

L E X XXIII.

1 *Emphyteutica res minoris, propter non ſolutionem canonis ſi reuertitur ad dominum, tutori imputatur.*
2 *Pæna l. 2. C. de iure emphyt. habere locum in minore.*

1 **Si tutoris.** †Imputatť tutori ſi res emphyteutica propter canonem non ſolutum, redit ad dominũ. h. a d. No. quod dixi in ſummario. Not. ꝙ †tempus triennii, vel biennii, de quo loquitur. l. 2. ſ̃. de iure emphy. currit minori.

L E X XXIIII.

1 *Tutor tenetur facere inuentarium quam primum poteſt.*
2 *Inuentarium tutoris an debeat fieri coram plurib. notariis, an ſufficiat fieri coram vno, & quando, & quomodo fiat.*
3 *Creditores non citantur, quando tutor facit inuentarium, ſed ſecus eſt in inuentario hæredis.*
4 *Inuentarium debet fieri in iudicio. ibidem.*

1 **Tutores.** †Tutor quam primũ poteſt, facere debet inuentarium de reb. & inſtrumentis, & res, quę poſſunt ſeruari, dẽt in tuto collocare, vel pręd ia idonea emere. h.d. Quæro, quando tutor debeat facere inuentariũ? Gl. ponit opi. illa eſt vera, ꝙ dẽt facere cum primum poteſt, vt l. tutor q reper- 2 totiũ, in prin. de adm. tut. Secundo quæro, †an debeat fieri corã plurib. notariis, vel vno. Gl. dt ꝙ ſufficit vnus. Dic vt habes in gl. 3 Itẽ †an ad hoc debeant citari acreditores, Gl. dicit quod non, lia cet ſecus eſt in inuẽtario, quod facit hęres. Item †an debeat fie- 4 ri in iudicio. Gl. dicit quod ſic. Et vide gl. &c.

A D D I T I O.

a Alex. Citari An requiratur citatio ad conficiendum inuentarium? Et iſtis adde latius Barto in l. tutor. qui. ff. eod & ibi vide, an requirantur plures notarii, & an debeat fieri in iudicio? Adde pulchre Rom. quid facere teneatur tutor antequã adminiſtret, eius conſ. 125. & vide Angel. conſ. 175. Pau. de Caſt conſ. 352. Bald. conſi. 95. lib. 1.

L E X XXV.

Sancimus. Qui ſoluit tutori ex ꝑcepto Iudicis, pleniſſimã cõſequitur liberationem Item redditus, & penſiones ſolutę tutori ſine decreto, liberationem pręſtant.

L E X XXVI.

a **Cum quędam.** Quod quis facit, vt tutor, ſibi non præiudicat, vt priuato.a

A D D I T I O.

a Pom. Vt priuato. Vbicũque ergo in vna pſona cõcurrũt duæ qualitates, quarũ vna non tollit aliã, ſed ſunt pares perſonę, tunc iudicamus de illa perſona, vt de duobus, & vide Rom. vbi ponit exemplum, & concor. conſ. 422.

L E X XXVII.

Conſtitutionem. Hęc lex gloſſat, l. ſancimus. ſup. eo. quia finis illius nõ habet locum in vſuris, quæ faciunt magnam ſummam, vel in penſionibus biennalibus. h.d.

L E X XXVIII.

1 *Tutor, & curator non defendens minorem, remouetur a tutela.*
2 *Officium tutelæ, & curæ eſt neceſſarium.*
3 *Curator liti datur per iudicem, qui præeſt liti.*
4 *Tutores quod legitime adminiſtrent, ad officium matris ſpectat uidere, et in quibus tutorib. id locum habeat.*
5 *Legitimi adminiſtratores non ſatiſdant.*
6 *Tutor pro defenſione pupilli poteſt bona ipſius obligare.*
7 *Tutor debet in tutela promittere, quod defenſionem ſubibit pro pupillo.*
8 *Tutor poteſt uendere frumentum, et uinum, nec tenetur mittere illud ad alium locum.*

a **Sancimus.** alsta est vna bona & notabilis lex, & habet casus multum notabiles & singulares, & hẽ
1 hoc dicit. † Tut. & curator debent defendere minorem, quod si recusauerint, a tutela remouentur. Not. quod dixi in summario, & habuistis hoc idem sup. de proc. l. eum qui res. No.
2 † quod officium tutelę & curę est necessarium.

ADDITIO.

a Ale. Sancimus Vide Bar. latius, in l. si tutor pupill. ff. de autho. tuto.

§. Sed & si quis. Hic est nouus casus. Lite cepta si persona indigeat curatore ad litem, ille dabit officio iudicis, q illi liti pest. hoc dicit & est casus nouus & singularis, & mẽti tenendus Sed per quem iudicem detur tu-
a tor & curator, est dubium, a vt habuistis, supra qui pe. tu. l. 1. ta
3 men de curatore dãdo liti, non videtur dubium, quod † potest dari authoritate iudicis, qui preest illi liti, &c.

ADDITIO.

a Ale Dubiũ. Adde Bar. in l. 1. ff. de tut. & curat. da. ab his, & facit c. vlt. de iudi. lib. 6. & ibi Pet. de Anch & quo l no Inn & Doc in c. primo. de proc.

§. Personis. Ad curã eius qui tenetur pupillis postulare tutores, p̃tinet, vt tutores defensiones suscipiãt, vel si fuerũt remoti, alij idonei cõstituãtur. h. d Not. q † ad
4 officiũ matris spectat non solum, q dentur tutores, sed quod legitime administrent, hoc est, vt inuentariũ faciant, & iurent, & similia. Facit. l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul. Item no. & istud est verũ q spectat ad solicitudinem matris in his tutorib. quos ipsa meruer peti t. In testamentariis autem vel legitimis, q hoc ad solici-
a tudinem matris spectet, non reperio. a

ADDITIO.

a Ale Nõ reperio Vide quę dixi in l. 1. §. quod si vero. ff. ad Tertu. & Bal in l matris pietas. sup. qui pe. tu. & in d l pręcibus & Bal. & Cy hic.

a **§. Defensionem.** a Tutores, & curatores nõ dẽnt sanare, sed pñt p defensiõe pupil
5 li bona obligare. No. q † legitimi administratores nõ tenent sa-
6 tisdare. No. casũ, † in quo p tutorẽ possunt inmobilia obligari.

ADDITIO.

a Ale. § Defensionem Latius no. per gl. & ibi Bar. in l. si filius. ff qui satisf. cog. & in l. ratione. supra eo. Item istum tex. no alleg. pro sing Angel. in l. a. d. fin. B. de iur. omn. iud.

a **§. Omnem autem.** a Hic est nouus casus & singularis, & multę tutelę casiant per
7 hac † Tutores & curatores debẽt specialiter, & expresse tempore quo creantur, promittere, q defensionẽ subibunt. h. d. No. &
b tene menti b istũ casum, & si sic non reperies, opponas exceptionem contra instrumentum tutelę Not. q istud additur ad alia quę requiruntur in tutela, in l. legitimos. ff. de leg. tuto.

ADDITIONES.

a Paris Omnem autem. Item Bal. & Ang. hic, vide P. a. de Cast cons. 354. aduerte tamen, q licet ipse tex. indicatur requirere exprimi illa verba pro forma, tamen satis est si tutor promittit vtilia facere, inutilia prætermittere, & pupillũ indefensum nõ relinquere, quia est equipollens, vide Ale. in l pręcipi. ff de ope. no. nũc. Et melius cons. 1. 11. inc. Pöderatis his, alias 10 v. ad illud tamẽ ad, quod iste tex. allegatur, q nõ sufficit verba generalib. exprimi, quando specialib. est exprimendum, facit tex. in l in quibus. § & generaliter, in ver. & specialiter, & ibi Ange & Bal. C de inof. test. facit tex. in l si quis in prin. testamẽti in verbo, specialiter de l. 3. & in l generaliter, C. de non nu pec & in Auth de her & fal. in § 8. vero ex prefsim facit gl. in Cle. 1 in verb. specialiter, de ut facit tex. in ca. de pb. in 6 unde remissionem Fel quã habes ad Bar. in l. 1. de vul & pup. Quomodo, & quot modis dicatur aliquid expressum, vide etiam multa per Iaf. in l. 1. ff si quis in ius voc. non ie. ponentem multos casus in quib. requiratur aliquid specialiter exprimi, taliter, q non sufficeret exprimere verbis generalib. & sic in quib plus operatur expressio specialis quam generalis. Et ibi etiã ponit duas limitationes ad omnes illos casus. Item vide multas decisiones per eundem, vbi requiritur, q expressio aliquid faciat, & unã limitationem l. actiones. C. de transac in 3. no. dum vult, q etiã reseruata principi in signum supremę potestatis veniunt in commissione, quia de eis facta fuit specialis mẽtio. licet non in individuo. Item an ista decisio procedat in curatore dato ad actum vel contractum faciendum tantũ, uide Ale. quod sic, cons. 165. uol. 5.

b Ale. Tene menti. Et vide Bar in l. prætor, in princ. ff. de ope nou. nunc. & Barto in d. l. legitimos, videtur, q per iuramentũ hoc suppleatur, per id, quod voluit Bal. in l. 1. C. commo.

§. His quę. Licet tutorib. & curatorib. fructus vẽdere, sub ea æstimatione, qua a maiori parte cõ
8 ter venduntur. Not. ergo, q † non habet necesse tutor vel curator frumentum, vel vinum retinere, sed potest vendere dum vult, pro pretio tamen quo ibi communiter venditur. Item videtur, q nõ habeat necesse frumẽtũ, vel vinum mittere ad aliũ locum, sed potest vẽdere in illo loco vbi habet, pro pretio, quo ibi communiter venditur &c.

De periculo tutorum, & curatorum. Rub.

LEX PRIMA.

ET qui notitiæ. Tutor dat. causa notitię, tenet, si vtilia pupillo tacuit, vel fraudẽ pupilli sci., vel participauit cũ aliis, vel tutores suspectos facere cessauit. h. d. Ad cuidẽtiã scias, q quidam sunt tutores dati causa notitię, qui nõ administrãt, sed informant, vel instruunt alios administratores, quid facere, vel gerere debeant.

LEX II.

Ad eos qui. Cum administratio est diuisa per prouincias, vnus tutor de facto alterius non tenetur. h. d.

LEX III.

a **Si res pupillares.** a Tenet tutor si culpa præcessit casum, alias nõ tenet de casu fortuito. h. d. cum l. seq.

ADDITIO.

a Si res pupillares. Qualiter teneatur tutor de casu fortuito, & an furtum dicatur casus fortuitus. Vide Rom. consi 425.

LEX V.

1 *Quis præsumitur scire, quod publice scitur, & quod sibi domi est denunciatum, & nu. 2.*

a **Si tutor.** a Ad cũ q se ignorat tutorem, periculũ administrationis nõ p̃tinet. h. d. Aduerte, & op. q ignorãtia non p̃sumatur, vt l. verius. ff. de prob. Dicit quidã, q hoc
b ostẽdit admissus, nõ iussus. Vide gl b. istud est facile dicere. Vel melius dic gl & ista sũt tria notabilia dicta, q hic erat p̃sumptio scientiæ, ideo qui vult probare ignorantiã probet eam. ista aũt sciẽtiæ p̃sumptio contingit ex trib. Primo si interfuit testamen
c to, si erat publice notũ, c vel si fuit denunciatum ad domũ, & vl
d de gl. d No. ergo † q quis p̃sumitur illud scire, quod publice sci-
1 tur, vt l. sed pupillus. § proscribere. ff. de instit. Item no. † q quis
2 præsumitur illud scire, quod est sibi denunciatũ ad domũ. e Te
e ne menti, quia ad hoc iam millies allegaui hanc legem.

ADDITIONES.

a Paris Si tutor. Dum dicitur hic, q præsumptio legis est liquidissima probatio, vide, & declara, vt per Iaf. in l. sciendum. ff. de verb. ob.

b Ale. Vide gl. Et istam gl. pro fin. alle. lo de Imo. in l quæsitum. ff. de re iu & in Lin tempus. §. 1 & in l si ita quis hære. ff. de hære. inst.

c Paris Si erat publice notum. Vide Com. consi. 162 & ibi etiam, q illud, quod est adcitatum procuratori, præsumitur dominus scire, vide etiam ad hoc, quæ habes in l. si publicanus § si post Bar. ff. de publ. dicit etiam Com. in d. cons. q ratione vicinitatis præsumitur scientia, ut etiam habetur in l. 1. ff si cer pet. Item illud, quod hic dicitur, q erat publice notũ, intellige, q requiratur, q sit publica vox & fama, vt declarat Ale cons. 110. Vide late Fel in c. cum contingat in cõclusione, usque ad si extra, de rescri Item, q publica fama faciat præsumi scientiã, & de quibusdã aliis, vide Bar in l. is potest. ff. de acq. hær. & etiam ibi habes. Item p̃sumitur sciẽtia eorũ, quę sũt in ciuitate, vel prouincia, & quomodo. vide Bar. in c. 1. in 1 no extra de offi. deleg.

d Ale. Et vide gl. Et istam gl. vide alle per Bar. no. in l. si cui. § iisdem, de accu. Et ad hanc gl. vide plenius per Bal in l. is potest, de acq hær & et sing. gl. & ibi Bar. in l. 1. ff de recepta. & est tex. no. in auth. quomodo opor. epif ad §. vbi dicit, q propositum in porta, vel limine ecclesię quis nõ potest ignorare. Facit c. 1 de postulatio. c. si qui maccul. pol l. sed & pupillus. § proscribere. ff de inst. gl. noc. in Clem. 2 & quod habetur in Cle. 1. de iud.
Menoc. Præs. 1 qui Romæ § dũ fruct. num. 55 de uer. ob. Gram. deci. 36. nu. 18. 19. Cur. iu. consi. 6. nu. 3.

e Ad domum. Idem no. gl. in l ita, infra de excu. tu.
Men. Tiraq. de ret. lat. con. sang. gl. 1. nu. 40. late Rol a Valle consi. 19 nu 39. 40.

LEX VI.

Temporis. Post tutelam finitam periculum non pertinet ad tutorem. h. d.

Quando ex facto tuto. & curat. minores agere, vel conueniri possunt. Rub.

LEX PRIMA.

IVliana. Ex sententia non datur actio In tutorem, vel curatorem, officio finito, sed in ipsum principalem. h. d.

LEX II.

a **Et si tutores.** a Ex stipulatione tutoris super re pupilli, quæritur actio pupillo. h. d, distingue, vt in gl. quam vide & no.

ADDITIO.

a Ale. Et si tutores. Vide Bar. in l. si urbana. in fi. ff. de cõd ind & Bal in l. a. de serui.

LEX III.

Si in rem. Ex contractu tutoris in vtilitatem pupilli tenetur pupillus. Et differt hęc l. a prima, quia prima loquitur de sententia, hæc de contractu. h. d.

LEX IIII.

Si hi qui. Tutores & curat. ex administratione tenentur pupillo ex eorum facto, alias ei pupillo quærit actio.

LEX V.

Per tutorem. Per tutorem non quæritur actio pupillo extra rem pupilli.

Si ex pluribus tutor. vel curato. omnes, uel unus agere pro minore, vel conue. pos. Rub.

LEX PRIMA.

AB vno. Vnus ex pluribus tutorib. potest insolidũ pupillum defendere. h. d.

LEX

LEX II.

Si diuisum. Si administratio diuisa est per prouincias, tutores illius prouinciæ tantum conueniẽdi sunt.h.d. Oppo.de l.inter,in fi.ff.de administra.tuto. Solu.vt ibi no.per Dyn.

Ne tuto. vel cur. vectig. condu. Rubrica.

LEX VNICA.

COmpetens. Qui tutelam gerit, vel eius rõnem non reddidit,ad conducẽda vectigalia non admittitur, & si accesserit, pęna falsi tenetur,nisi vtrique idonee satisfecerit. h.d. Quidam dicunt, ꝙ hic est vnus casus.in quo in delictis admittitur pœnitẽtia,sed certe hic,quando fisco, a & pupillo satisfacit,cessat doli præsumptio in præteritum,vt plene dixi in l. qui ea mente.ff.de furtis.Quæritur vtrum ille, qui conduxit vectigalia publica,iustam excusationem habeat a tutela? Quidã dicunt ꝙ non.Dic vt diximus.j.de excusa.tuto.l.colono.&c.

ADDITIO

a Alex.Quando fisco.Ad istam uide no.in l.confirmando, de confir tuto

De tuto.& curato. qui satisd. non ded. Rubrica.

LEX PRIMA.

SI nondum. Minores possunt a suis administratorib.satisdationem exigere,q si cessauerint, prohibentur administrare. h.d. Op.j.eo.l.3.& Inst.de satisd.tut.§.1.Sol. distingue. Tutores quidam sunt testamentarii,vel dati in testamento a iudice confirmati,& isti nullo modo satisdant. Quidam sunt dati ex inquisitione,& isti non tenebantur olim satisdare,hodie vero omnis datiuus tenetur satisdare. a Instit.de satis.tut.§.pen.Ita dicit glo.hic,al.bi distinguit,& melius in Auth. vt hi qui ob.se hẽre perhi.res in uno §.pen.& illam glo.tene menti,&c.

ADDITIO.

a Alex.Satisdare.Sed Fran Tigri in consi inci Factum sic se habet, quidam nomine Burgandus,cui subscripsit Bar.tenet, ꝙ in datione tutoris non requiritur inquisitio,nisi quo ad hoc,quia cum fuerit datus cum inquisitione non satisdat, alias sic,& pro hoc no.unde Bar ff de confir.tuto.l.tut.& Bar in l.1.ff.rem pup.sal.for. Sed tene dictam gl.in Auth ut hi qui obl.se habe.perhi.in ver.agit.ad fi.quam sequitur Cy hic in sub & Bar.in l.si patronus.

LEX II.

Cum tutorem. Qui non satisdat remonetur a tutela cum infamia,si dolo fecerit; alias sine infamia, & in locum defunctorum alii debent dari,qui rationes præteritorum exposcent.

LEX III.

In dubium. Tutores non testamentarii debẽt satisdare,alias facta per eos non valent.h.d.

LEX IIII.

a **Non omnium.** Testamentarius,& confirmatus nõ satisdant. a Item ex pluribus testamẽtariis ille in administratione præfertur,qui alias satisdederit. h.d.Habetis.ff.de test.tut.l.testamẽto datos,& de adm.tut.l.3.ĩ gl.

ADDITIO.

a Alexan. Non satisdant.Sed quid si erat tutor testamentarius,qui erat malæ famę, & erat ignotus testatori,an hoc poterit obiici, ut teneatur satisdare? Videtur ꝙ sic,in l.liberto.§.Largius.ff.de annuis leg.& in l.testamento,ad fi.de admin.tuto. & quod no.Bal in d.l.1.de confir.tuto.

LEX V.

1 *Scientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi,quod transmittit ad suos.*

2 *Scientia tutoris etiam,qui non seruauit solennia,inducit pupillo ius deliberandi,vbi pupillus educari debeat.*

Tutor. Hæc est no.l.& eam hoc anno allegaui Qui nõ satisdedit,non potest administrare, nec gerere, nisi ea quæ sunt tempore peritura,vel nullum pręiudicium patitura.h.d. Vide glo fi.& dic super verbo bonorum. Pro hoc videtur casus in l.impuberi,de tut.& cur.dat. ab his. No. multum, a quod dixi in summario. Ex quo habes a arg. immo casum ad 1 quæstionẽ,quam plures consului. Primo consului ꝙ ğ † scientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi, quod transmittit ad suos hæredes secundum formam l. cum antiquioribus, de iu. deli.arg.pro hoc in l.sequitur.§.si pupilli,de vsucap.Item cõsu- 2 lui secundo,quod † sufficit scientia tutoris,quanquam non satisdederit,vel inuentarium non fecerit,& nihil de solennitatibus obseruauerit.Casus est hic.Nam ius deliberandi est tempore periturum,quia durat anno,vt d.l.cum antiquioribus. Item quia hoc non potest esse damnosum pupillo,ergo non requiritur, ꝙ tutor impleuerit solennitatem. Facit l.tutor, qui repertorium.post prin. de admi tut. quod no. multum bene. Et no. ꝙ meum motiuum fuit, & in hac ciuitate fuit hoc anno pluries consultum, sed a prin.meum motiuum fuit, & tetigi de hoc in l.qui duos,de reb.dub. Reducam ibi ad memoriam in l. cum antiquioribus.

ADDITIO.

a Ale Ex quo habes Et vide etiam Bar.in l.tutor qui repertorium,in fi.prin ff.de administra.tuto.Et cum hoc transit Bar.hic.

De suspect.tuto.& curator. Rubr.

LEX PRIMA.

LIbertum. Tutor potest postulari suspectus durante tutela,non ea finita.h.d.&c.

LEX II.

a **Curatores.** a Si curatores gerere cessant,possunt remoueri vt suspecti.h.d.cũ l.seq. Vide hunc tex. ibi,ad eos tutela transferẽ. Facit ad q̃stio.de eo q promisit dare schachum mattum cum pedona,ex quo dat mattum cũ ea facta forsa,seu regina.De qua hic per Cyn.in qua posita sunt pũcta subtilia,&c.

ADDITIO.

a Ale.Curatores.Per Bar.in l Senatores,ff.de Senato.

LEX IIII.

Etiam. Tutor testamẽtarius potest postulari vt suspectus. hoc dicit.

LEX V.

In postulandis. Mores potius, quã diuitiæ in tutoribus spectantur.

LEX VI.

Pietatis. Quilibet potest tutorẽ postulare suspectũ, & paupertas non est iusta causa suspicionis, sed est cã, propter quam potest curator adiungi,hoc dicit. No. ibi ꝙ paupertas est causa,quare alius adiungatur.

LEX VII.

Eum quem. Pendente causa suspecti non potest tutor administrare,sed loco eius debet curator ꝯstitui,hoc dicit,hæc notabilis lex, seu casus. De quo hẽs Inst.eo.§.si quis autem,& l.quod si forte.§.j.ff.soluto matrimo. Et dic,vt dixi ibi.In ꝯrium facit extra.de offi.& pote.ind.deleg. c.venerabil.Dic vt dixi in d.l.quod si forte.

LEX VIII.

Si non suspectum. Tutela pendente,tutore non remoto, non potest rõ administrationis exposci.hoc dicit.

LEX IX.

Suspectos. Remotus ob dolũ est infamis,alias secus. h.d. Vide gl.sup verb.negligentiam.Et no. ex ea,vtrũ lata culpa æquiparet dolo.dic de hoc in l.in actionib. ff. de in lit.iur.Itẽ no.gl.ibi,qñ ex officio remouebaẽ non accusatus.Not.arg.ꝙ ꝯdẽnatus ex inquisitione,non accusatus nõ infamaẽ,vt no.in l.3.§.præterea.ff.eo.& ibi per Dy.quod Cy.videẽ hic tenere,& ego dixi alias ĩ l.infamẽ.ff.de publ.iud.& ibi vide.

De eo,qui pro tuto.negotia gessit. Rub.

LEX PRIMA.

ETiam. Mulier,quæ gerit vt tutrix,pro tutela tenetur.hoc dicit.

LEX. II.

Non vtiliter. Exceptio,ꝙ qs non sit tutor,potest opponi in quacunque parte iudicii.h.d. Hoc intellige,vt dixi.s̃.de procu.l.non eo minus,&c.

Si mater indemnitatem promisit. Rub.

LEX PRIMA.

SVo potius. Mater,quæ tutorẽ petiit, ex facto illius tutoris non tenetur.h.d.

LEX II.

Quædam. Licet mater indemnitatem promisit pupilo actio contra tutorem decernitur.h.d.

LEX III.

Ob tutorem. Hæc lex quasi idem dicit,quod prima Mater,quæ petiit tutorem,ex eius officio non tenetur,nisi hoc sit actum.

Si con-

Si contra matris voluntatem tutor datus sit. *Rubrica.*

LEX VNICA.

SI contra matris. Ex eo quod quis creatus sit tutor ꝯ matris voluntatē, poterit remoueri, hoc dicit.

Vt causa post puber. adsit tutor. *Rub.*

LEX VNICA.

TVtores. Causę iam cœptæ dēt adesse tutor, etiam post tutelam finitam, ante rationem, & instrumenta reddita, hoc dicit.

Vbi pupilli educari debeant. *Rub.*

LEX PRIMA.

a EDucatio. a Pupillus educandus est apud matrē ad secunda vota non transeuntem, & qñ de hoc est contentio, iudicis determineē arbitrio, & onus alimentandi pupillum est necessarium. h. d.

ADDITIO.

a Educatio Vide gl. in c. 1. de conuer. infid. facie gl. in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adult. vide hic per Io. de Bel.

LEX II.

a Vtrum nepos. a Vbi pupillus educetur est in iudicis arbitrio, & de eo, qui dēt pupillo succedere, est iusta suspicio.

ADDITIO.

a Paris. Vtrum nepos. In ista materia, penes quem pupilli ali debent, vide Bal. cōs. 487. in 4 parte vbi libere loquitur. Vide Paulum consi. 353. ad finem, & eundem in l. si patet no. circa fi. C. de nego. gest. Et quod interdum pupillus potest dimitti penes vitricum, quando mater transiuit ad secunda vota, si sit psona honesta & probatæ fidei, licet in dubio videatur præsumptio contra eum, vide in materia Bartolum in questio: 6 incipiente, quæritur vtrum iudex, vbi examinat an sponsa pupilla possit, & debeat ali penes sponsum, & quando debeat penes matrem, vide Benedictum Perusi. in consi. 52 de vitrico quod apud eum ali non debeat. Spec. in titu. de tutore, §. nunc dicendum, Bart. in l. nonnunquam, ff. de adop. Itē quando quæstio est apud quem stari debeat, vbi interim deponi debeat, & quod omnia ista sint satis arbitraria iudici vide Alexand. in consi. 161. in 6. vol. Item quod non sit educandus pupillus, apud illum, qui succederet sibi, & ponderandum sit, an sit persona suspecta, ponit gl. in c. grandi in verbo, item, de supplen. negligentia prælato. in 6 Pau. cōs. 354. in fi. Vide Corn. cōsi. 198 in 1 parte. Et de substitutione vel successione, vide Soc. consi. 195 in 2. dub. Et vbi affines omnes essent suspecti, iudex eligit extraneum, vide Albericum, de Rosa. in l. 1. §. Iul. ff. de libe. exhiben. Item quod illud, quod dicitur hic in pupillo, locum habeat in furioso, & mente capto, vide gl. in c. grandi, in uerbo, fratrem, de supplen. negl. prę la. in 6 vide Card. in Clem. 1 de homici. in 1 notab. quod ueniens ab intestato debeat custodire furiosum, quod uidetur contra tex. in l. 2. huius tituli. Item quod licet substitutus possit decerni tutor pupilli, apud eum non debet educari, vide Barto. in l. amicissimos, in prin. ff. de excu. tuto. Vide tex. in l. 1. ff. ubi pupil. educ. deb. in priu. ubi etiam Barto. & alii. Posset tamen substitutus esse adeo legalis, quod apud eum educaretur. Vide Pau. de Cast. cons. 354 ad finem. Sequitur Soc. in d. consi. 193. Et iste titulus loquitur mortuo patre, ut per Alex. in l. si ff. eo ti. An autem debeat educari penes eum, uel matrem, uide in l. 1. & 2. C. de diuor. fac. apud quem, &c. uide text. in l. fi. de conuer. in fi. circa fin. Exemplum ubi non debeat educari penes patrem, si sit suspectus, uide tex. in l. 1. §. 1. ff. de lib. exhib.

De alimentis pupill. præstan. *Rub.*

LEX PRIMA.

PVpillus. Tutor dēt pupillo alimenta præstare, & si negligat, potest cogi, etiam si quæstio status pendeat, hoc dicit.

LEX II.

1 *Consilium, quod quis faciat taxari alimenta pupilo.*
2 *Pupilli interest, ne secreta sui patrimonij pandantur.*
3 *Tutor an teneatur dare copiam inuentarij aduersario pupilli.*

a Quod plerumque. a Alimenta si a iudice taxata nō sunt, tñ idoneè facta a tutore imputant pupillo, & I dubio psumit pupillus alitus a tutore h. d. hæc bona & not. lex. Dico, ꝙ tu notes istam l. primo ꝯsiliū est, ꝙ qs faciat taxari alimenta præstanda pupillo, ne postea de hoc incidat in ꝯtrouersiā. Sedo no. ꝙ † interest pupilli ne secreta sui patrimonii pandant, ꝙ no. & tene menti. Qđ est multum vtile ad quæst. † vtrum tutor agens, vel defendens dēat facere aduersario copiā inuentarii. b Et videt ꝙ sic, quia si nō facit inuentarium, nō pōt agere, vel defendere, j. ti. prox. l. fi. s. de administ. tut. l. tut. In ꝯrium vr hæc l. quia non dēt pandere alteri secreta patrimonii pupilli, vt hic, & j. qñ & qb. quarta pars debe. l. 2. li. x. Bī alias dixi. Et dico ꝙ dēat dari copia inuētarii quatenus sufficit parti, vt p hoc sibi sit cautū, & ille habeat legitimā psonā standi in iudicio. Dabitur ergo sibi copia inuētarii, & omittet apponi in copia res pcepto iudicis, totum aliud parti dabit, vt arg. huius l. & de eden. l. argentarius. §. j. & l. j. s. ti. j. in fi.

ADDITIONES.

a Alex. Quod plerumque. Et hunc tex. no. alleg. Bar. in l. antepe. ff. de condi. & demo. Paris. Quod plerumque. Circa materiam legis huius, vide Comen. consi. 87 inci. Casus talis est circa medium, vsque ad si abi tamen vult ꝙ operæ pupilli, si quæ sunt, debeant compensari cum alimentis, & ꝙ illud habeat locum etiam in patrono, quia non præsumitur alere de suo si pupillus habeat in bonis, &c. & alimen. a in pupillo & quolibet alio præstanda sunt secundum facultatem, & proportionem fructuum, & qualitatem personæ. Vide Corn. in c. grandi, no. ibi secundum, quod dicit de supplen. negli. præla. & ibi etiam dicit, ꝙ taliter debeat præstari, vt aliquid semper in fine anni supersit, nō vt omnia consumantur. Et de reddituibus vide etiam quæ scripsi in l. qui bonis, de cessio. bonorum.

b Alexan. Copiam inuentarii. Adde Bart. in l. 1. ff. de cur. bon. dan. & clarius in d. l. 2 quando & quibus quarta pars debe. lib. 10. & videtur velle per hunc tex. ꝙ tutor excusetur facere inuentarium, si inutile erit pupillo pandere secreta patrimonii, secundum Ange. in l. si vacan. de bon. vacan. lib. 10. & Bar. in l. tutor, qui repertorium, de admini. tuto.

Arbitrium tutelæ. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a CVm tutelæ. a Verba enunciatiua testatoris, alteri, quam hæredi non possunt esse damnosa, hoc dicit.

ADDITIO.

a Alex. Cum tutelæ. De materia huius legis, vide late Pau. de Cast. consi. 396.

LEX II.

1 *Pupillus in dubio præsumitur alitus a tutore.*
2 *Facta, in quibus requiritur sumptus, præsumuntur facta per eum, qui debebat facere.*
3 *Pictura facta in loco, præsumitur facta per eum, qui eam facere debebat.*

a 1 Nomina. a In exigendis nominib. debitoris tutor de dolo & lata culpa tenetur. h. d. No. ꝙ † in dubio pupillus præsumatur alitus a tutore. Contra ad actionem consequendam non sufficit esse factum, nisi probetur a quo, vt l. 2. de cond. & dem. & l. eum seruus, de ver. obl. & ibi per Dy.
2 Sed respondeo in his, † quæ aliquis tenetur facere, & non possunt fieri sine sumptu, factum in dubio præsumatur ab eo, q tenebatur facere, vt hic. In his vero in quibus non requirunt sumptus procedunt ꝯria. Et per hoc dixi semel in quęstione de facto. Testator iniunxit, quod faceret hæres depingi quandam figuram in aliquo loco sub certa pœna, reperitur depicta,
3 & non apparet per quem. Respondeo, † ꝙ in dubio præsumatur facta ab hærede, qui tenebatur facere. arg. huius l. in fi.

ADDITIO.

a Pom. Nomina. Vide Imo. cons. 75. & Roma. 413. in 7. dub. vbi loquitur etiam in neg. gest. & ibi ponit quid iuris quando tales haberent rem communem cum pupillo. Et ad declarationem huius legis, & similium vide plene Ang. cons. 311. vbi plene ponit, quando alicui possit imputari, quod non exegerit nomina debitorum.

LEX III.

SI curator. Minor potest eligere, an petat emptum ex pecunia sua, an petat pecuniam. h. d.

LEX IIII.

Eum qui. Ex eo quod minor consequitur a tutore, indiscrete a paterna hęreditate abstinente, nō potest a creditoribus conueniri. h. d.

LEX V.

Omnes tutores. Si plures habent vnā causam, omnes apud eundem iudicem sunt vocandi, hoc dicit.

LEX VI.

Cum inerdictæ. Est in electione minoris approbare venditionem indebite factā & pretium iustum a tutorib. petere, & potest prius conuenire tutorem vendentem, & postea alios conuenire, nec est hoc a principe impetrandum, quia a iure communi conceditur, &c.

LEX VII.

Quicquid. In actione tutelæ, & vtili nego. gest. venit dolus, lata culpa, & leuis. Habes hic vnam quæstionē, quā vide, quam habes hic, & habuisti s. de admi. tuto. l. pupillorum. Et ibi etiam glo. hic tamen tractatur per Cy.

LEX VIII.

Tutores. Actio tutelæ non præscribitur longo tempore, hoc dicit.

LEX IX.

Tutorem. Actio tutelæ competit ꝯ tutorem, nō cōtra eum cui tutor indemnitatem promisit. h. d.

LEX

LEX X.

a **Si defunctus.** a Quæ tutor quęsiuit, ĩ dubio ex bonis pupilli quęsiuisse non pręsumitur.h. d.

ADDITIO.

a Ale Si defunctus. Ad istum tex.adde l.si creditores, in fi.de separ.bon.facit ad ea q̃ dixi in l.diuus, de bonis dam.& uide per Bal in c.1.de controu.inter dom.& vasal in vsi b feudo.

Pom. Si defunctus Vide ad istam l.si defunctus alleg.per Fel in c.scribam.de præsum.& vide Are.cons.31.& Ale.cons 82 vol.2.vbi dicit regulariter, q̃ licet aliq.s administret bona alicuius, quod tamen non pręsumitur ex bonis eius acquisiuisse.& consi.13.in fi uol 3 & 40.eo uol uide etia in Præpo.in ti.de feu. guar.

Parisi. Si defunctus. Sed expone etiam si probaretur ipsum tutorem a principio, quando cœpit administrare, nihil habuisse, etiam si emeret nomine pupilli, vide Com cons 78 inci. Casus talis est. post prin tamen in hoc, quod probetur ante fuiss. pauperem, contrarium tenet late Rom cons 146. vide quomodo debeant concordari, quæ scripsi in l.2.supra, pro soc. Contra tamen decisionem hic positam faciunt quæ dixit Bar. post glo.in l si uero, in prin.ff. qui satisd. cog. quod in dubio quis non præsumatur idoneus facultatib. licet alio modo præsumatur idoneus, & habilis. Item q̃ dispositio huius l.habeat locum etiam in iudice, vide Alex.cons. 551. Item regulam huius l limita procedere post redditam rationem administrationis per tutorem, secus ante. Vide Are.cons.31 ubi alleg. Bal. ad hoc. Item pro ista regula uide Io.de Ana.cons 65. in secundo dubio. Vbi sub dubio tamen dicit, q̃ forte non admittatur probatio in contrarium

LEX XI.

Tutor. Continuata administratio post finitam tutelam venit in actionem tutelæ.

LEX XIII.

a **Veteris iuris.** a Hæc est bona lex, & breuiter.h.d. Confessio tutoris erronea circa patrimoniũ b pupilli, sibi non pręiudicat, nisi in inuentario scribi fecerit b tunc etiam probatio in contrariom non admittitur. Not. hunc casum, quando tutor ponit in inuentario, quod sibi pręiudicat.

ADDITIONES.

a Ale. Veteris iuris. Ad intellectum huius l.vide quod no.Bal.in l.testium supra de testibus, & hoc est speciale fauore minoris, secundum Bal. in prin plus uale, quod agi. Dic tamen, q̃ si prætor uidit damnosam esse remissionem inuentarii, nõ sequitur uoluntatem, ut in l in confirmando, de confir tu. & an inuentarium hæredis possit remitti per testatorem, uide late per Bal.in l.fi.§.cũ igitur inf.de iure deli.

Adde Ad hanc l.uidendum Bal cons.273 li.2. And.Sic.cons.69 in 2. uol. Io.an. And in addi.ad Spe in ti de instru.editione §.dicto.circa princi. Quo uero ad apostillam, uide Ang.cons 173.

Pom Adde huic apost ibi, quod no Bal & ita vult.glo.hic, cui adde gl in l consiciuntur ff.de iu.codic a me ponderatam circa quod vide Bart. cons.238. Roma. consi.102.& Imo.consi.75.

Parisi. Veteris iuris. Dum dicitus in ista l. q̃ inuentarium probat contra tutorem, vt non admittatur probatio in contrarium. Iac.de Are.& Albe & Bal.hic, intelligunt procedere in rebus mobilibus, secus in immobilib. Et sequitur Bal.cõs.85. uol 3 Contrarium tenet Sal hic, & ita uult Bar consi.239. incip Proponitur, q̃ Acholus, in 1 uol.de quo inf. Item istam legem limitat Io.And.in addi. Specu.in ti.de instru edi §.fi in prin. Item in addi.incip. Vbertus de Bobio. nisi esset error acerrimus, quia constaret defunctum prius alteri uendidisse, qui dicit ita uelle Vbertum de Bobio in hac l.fi. Io.And.refert simpliciter Ale.in apost.ad Bald in hac l. Et bene facit pro hoc, quia ideo non potest probari contrarium, quia in casu l oritur præsumptio iuris, & de iure Sed contra talem præsumptionem admittitur probatio per nota per Fel.in c quanto, de præsum. Habes in Auth. sed iam necesse. Ad Bar.C.de dona.ante nup. Per instrumentum autem fit notoriũ, ut per Bar & alios in l.1.§.item solent, de offi.præfe.vrb dicit q̃ non iuuat protestatio tutoris Contrarium uult Odof.hic in fi. Sed Bal hic tenet idem, quod Bar uide Ale.in apost.ad Bar.hic Sed Bal.in d § item solent, aliter loquitur. Et si possidet rem alienam, iam ipse tenetur pupillo consignare rem, vide Bar. de quo supra, & Bal.in d cons & hic Bal.& Ale.post Iac.de Are & Sal. hic.

b Parisi. Scribi fecerit. Vide & declara, ut per Bar.in cons.138.incip Proponitur, in 1 uol.& amplia, ut per Bar.in l.1 § item solent.in fi ff.de off. præfec. vrb.

§. Illo etiam. Tutor non potest administrare, nisi facto inuentario sibi decernatur administratio, nisi per testatorem fuerit remissum, a & tutor qui non fecit inuentarium, remouetur vt suspectus. De quo die, vt l. si tutor. ff. de susp. tuto. hoc dicit.

ADDITIO.

a Parisi. Fuerit remissum. Pro limitatione huius l.quod possit remitti confectio inuentarii, uide omnino Ang consi 137 incip. reuocatur in dubium, ad fi. Item no. quod licet in præiudicium legatariorum possit testator remittere, non potest tamen remittere in præiudicium creditorum Vide Ale consi.182. ad fi in 2.vol. Itẽ de hac materia an possit remitti confectio inuentarii, uide Ale.cons.61.in prin. in 4 uol. Are cons.21. per Bar.& alios in l.nemo potest, de leg.1. ubi concludit, q̃ licet possit remitti, si tamen iudici uideatur utile filius, non seruare talem remissionem, faciat inuentarium conficere. Et sequitur Are.in d. cons. 21. & Ale. in d.consi.61. Et ad Bar.in l in confirmando, ff.de confir.tut. ponit alia circa confectionem inuentarii, habes in d.l fi.C de iure deli.ad Bar & quod licet possit remitti confectio inuentarii tutori, secus tamen fit in vxore vsufructuaria. Et q̃ non attendatur talis remissio quando aliqua causa subesset, & quid in hærede, vide Ias.in l.cum necessitatem.C. de fideic. Ale.cõs.40 in 2.uol. uide Bal.in repe. huius l fi.qui vult inter alia, quod quando testator nedum remisit, sed expresse prohibuit confectionem inuentarii, tunc non possit recedi ab eius uoluntate. De quo uide late do.Io.de Monte Ferrato in l.nemo potest, ubi etiam declarat, an, & ex qua causa discedatur a uoluntate testatoris.

De diuidenda tutela, & pro qua parte quilibet tutor, &c. *Rub.*

LEX PRIMA.

Si post. Tutor non tenetur ex facto contutoris idonei tẽpore finitæ tutelæ.h d.

LEX II.

Si diuisio. Administratione non diuisa, vel diuisa a seipsis, quilibet tenetĩ in solidum. Ea diuisa a testa a tore, vel a iudice, q̃libet tenetĩ p parte sua. nisi in casib. hic expressis.h d. Materiã istã plene examinaui.s̃.de trãs.l.j.& ibi dixi

ADDITIO.

a Parisi. Vel a iudice. Vide Ang.consi.21.incip. Ser.Ioan.

LEX III.

Licet tutorem. Prius conueniendus est gerẽs, quã is, qui non gessit.h.d.

De in litem iurando. *Rub.*

LEX PRIMA.

ADuersus. Hæredes tutoris iuratĩ in litem ob dolum suum tãtum. Item ob dolum tutoris verum, non præsumptum, nisi cum tutore lis a fuerit contestata, a hoc dicit totus titulus.

ADDITIO.

a Menoch Contestata. Plotus in l.si quando, nu.2.3.C vnde vi.

De hæredibus tutorum. *Rub*

LEX PRIMA.

Hæredes. Tutoris hæredes tenenĩ de dolo & lata culpa, etiam non gerentis, vel a se non exigẽtis, & de dolo suo proprio.h. d. totus titulus.

Si tutor, vel curator gesserit. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Accusatus, & damnatus, an sit infamis, & quid de inquisito.*

a **CErtum.** a Tenetĩ gerens, si ei potest negligẽtia ĩputari, cur contutorẽ nõ fecit, & libertus non potest patronũ accusare sed iudicis officiũ iplorare.h.d. Per istam l.dicunt Gl.nostri, quod licet accusatus 1 & damnatus sit infamis, † tamen inquisitus cõdemnatus, non est infamis p hanc legem, vbi vides, q̃ libertus non potest accusare, q̃a patronus infamaretĩ, tamen potest implorare, q̃ iudex inquirat. Et sic patet q̃ non infamat. Ita dicit gl. in l. 1. §. pterea. ff. de suspe.tuto. Tetigit gl.s̃. de suspect.tuto.l.fi. quod dic, vt dixi in l.infamem. ff. de pub.iud. facit q̃ no. in l.j.s̃. de mo. mulcta

ADDITIO.

a Alex. Certum est. De materia huius l.vide Bar in l.1.s̃.de trans.ubi hanc l.alleg.

De vsuris pupillaribus. *Rub.*

LEX PRIMA.

Tutorem. Qui pecuniam pupilli in suos vsus conuertit, ad vsuras tenetur.h.d.

LEX II.

Eius. In actione tutelæ ẽt pro eo quod quis debet pro contutore ueniunt vsuræ.

LEX III.

a **Si pecuniam pupillarem.** a Si tutori pupillari non potest imputari culpa, non debentur vsuræ pecuniæ.h.d.

ADDITIO.

a Alexand. Si pecuniam pupillarem Vide late Roma.consi.139.

Pupillus. Hęc est bona lex, & legitur duob mo. Et s̃m vnã lec.br̃, & notabiliter. h. d. Reus nõ potest cogere actorẽ agere. Sed potest petere, vt sup suis defensionib testes ad ppetuam rei memoriam examinentur, secundum aliã lec. breuiter hoc intendit. Actor, non potest cogi agere, sed ex cã põt sibi statui tp̃s intra quod agat, vt postea non audiatĩ. h.d. No. secundum primam lec.& non exeat de mẽte tua, q̃ ex parte tutoris, vel actoris, non põt peti, vt examinentur testes ad perpetuam rei memoriam, nisi cũ dubitatĩ de morte testiũ, vel eorum absentia diuturna, vt l.io l.Aquilia si deletum. ff. ad l. Aql. & est tex. eĩ, vt lit.non conte.c.quoniam frequenter. Ex pte vero rei, q̃a nõ est in eius potestate quando agat, põt peti, vt examinentur testes ad æternã rei memoriam quandocũque. Hic est casus hic, & s̃. de test. auth. sed & si quis, & ibi plenius dicam.

De fide.

De fideiussoribus tutorum, seu curat. *Rub.*

LEX PRIMA.

Eligere. Simul & semel non pōt agi cōtra plures in solidum. h. d. hęc nota. l. Vide gl. sup verbo agi, quā oot quæ dicit agi ita quod eaigatur, quia p hoc dico, ꝙ si daret libellus ꝯ duos reos in solidum protestando ꝙ vua exactio sufficit, ꝙ iste libellus valde bene procedat, quia non est meę intentionis exigere in soliduma duob. Et ita tenet gl. ff. mādati, l. si mādato Titi. §. Paulus respondit vnum. Pro quo facit ff. de verb obl. in l. executione. §. in solidum, & ī. de duobus reis, auth. hoc ita.

LEX II.

Non est. Solutio tutoris liberat fideiussorē. Et si principalis soluit ptē, fideiussor ī residuo pt ꝯueniri.

De contrario iudicio tutelæ. *Rub.*

LEX PRIMA.

SI pro contutore. Post solutionē non pōt peti cessio, nisi ideo fuerit solutum, vt cedatur.

LEX II.

Si non ex propria. Quando quis non ex ꝑpria culpa damnatur, ꝯ contutorem habet beneficium cessionis, & vtilis actionis.

LEX III.

Si pater. Successio non ꝯfundit actionem, nisi p ea parte pro qua succedit. No. ꝙ pōt qs esse tutor sui privigni, simile hēs ff. de ado l. non unquam. Et vide a l. certū. §. sed ao & ipsos, de confessis, & l. 2. §. ꝙ obseruari. ī. de inr. cal. vbi habuistis bonā gl. & no hāc l. tu, q sedes ad bāchū maleficiorū.

ADDITIO.

a Menoch. Et vide. Rub. consi. 65. num. 2.

De authoritate præstanda. *Rub.*

LEX V.

VEterem. Si sunt plures tutores, in quolibet actu vnius authoritas sufficit, nisi in eo, p quem finitur tutela. h. d. No hūc tex. vnde sumitur regula iuris, quod omnes tangit, &c.

Quando tut. vel cura. esse desinat. *Rub.*

LEX PRIMA.

SI curatores. Tunc finit officium adiuncti, qñ finit officiū eius cui adiungit. h. d. No. bene istū casum. Facit ad hoc ff. de tute. l. solent, & quod habuistis no. p gl in l. neq ī. de procurato. h. d.

LEX II.

Tutoris. Voluntate pupilli non finitur tutela. h. d.

LEX III.

Indecoram. Aetate, non aspectu corporis, finitur tutela. hoc dicit.

De actore, autore, seu curatore. *Rub.*

LEX VNICA.

Si sui iuris. Tutor pōt administrare tutelam per actorē, non per procuratorem. h. d. De hoc dic vt habuistis ī. de proc. l. neque, &c.

De excusationib. tut. & cura. & temporibus eorum. *Rub.*

LEX PRIMA.

a Falsa. a Spado non excusatur a tutela. hoc dic.

ADDITIO.

a Alex Falsa. Aduerte ad materiam huius tituli in practica, quia sæpe multos vidi errare, quia quando vis te excusare, debes facere dare tutorem pupillo, vel adulto ꝙ in hac causa excusationis eum defendat Insti de autho tu. §. si alias, quanquā sententia lata sit contra indefensos, non teneret ipso iure. l. contra pupillum, & l. acta. §. fi. de re iu. Hoc est quod no. sentit glo. in l. 3 inf. ti. 3 seruatis temporibus, de quib. in l. plane ff. eo & Insti. eod. ti. & hoc sequitur Mat in suis no. 114. & ad de tex. in l cum in vna, §. 1 de appel.

LEX II.

Si curatores. Curator gñaliter datus tenet etiā de bonis, q̄ sunt eī prouinciā, nisi de his fuerit excusatus. h. d. Opp. ꝙ qs nō possit dare curatorē bonis, q̄ sunt extra prouinciam suā, vt l. pupillo. ff. de tut. & cur. da. ab his. Huius timore dicit gl. ītellige ꝙ hic fuit datus a Principe, vł ab alio eius mandato, & sic fuit datus ab eo, qui habet iurisdictionē in prouincia. Tu potes dicere forte, & melius, sufficit quod quis habeat iurisdictionem in personam adulti, sicut dicimus de tutore. ꝙ sufficiat, ꝙ iudex habeat iurisdictionem in personam pupilli, vt possit dare tutorem, & curatorem pupillo, cuius administratio porrigitur ad omnia bona, etiam alterius prouinciæ, vt habuistis no. supra vbi pe. tu. l. 1. & ff. de tu. & cur. da. ab his. l. 1. §. fi.

LEX III.

Excusationis. Si ingenuus d̄tur tutor liberto, potest excusari. Item sententiæ, qua excusatio reprobatur debet acquiesci, nisi fuerit appellatum.

LEX IIII.

Amplissimi. Si aliquis creatur curator vxori ignorans, debet excusari, vt in pœnam Senatuscons. non incidat. hoc dicit.

LEX V.

Libertos. Liberti a tutela, vel cura, filiorum patroni, nullam habent excusationem.

LEX VI.

1 *Respublica an habeatur loco pupilli.*
2 *Tempus excusationis est duplex.*
3 *Tempus anni, quod datur executoribus iuxta episcopi constitutionem, intelligitur alie scientia.*

a Quinquaginta. Tempus excusationis currit a tempore scientiæ, a & iniuriosa sententia non nocet, nisi fuerit prouocatum h. d. Vide glo. in l. præcedenti, super verbo, administrauerunt. Item no. hanc glo. in eo, quod dicit no. arg. quod clericus qui habet beneficium, &c. siue in eo, quod dicit glo. & ipsa loco pupilli. Et sic videtur dicere, 1 † ꝙ Respublica habetur loco pupilli, licet dixerim in l. Respublica supra ex quib. cau. ma. ꝙ habetur loco minoris, & dic, ut ibi dixi vobis, & adde istam. Item oppo. de l. quinquaginta. 2 ff. eo. sol. † duplex est tempus. Quoddam est, quod datur ad ꝑponendum excusationem, & istud currit a tempore scientiæ, vt hic. Quoddam, quod datur ad prosequendum, & istud a tēpore nominationis, vt l. contraria. Contra hoc op. glo. quia secundum hoc possibile esset, quod primo curreret tempus ad ꝑsequendum quam tempus ad proponendum. Quare dicit glo. subaudiendum est, in l. contra. ad proponendum a die nomi- 3 nationis, scilicet & scientiæ, † uide gl. quā no. propter constitu- b tiones Episcoporum, b quæ dicunt, ꝙ fideicom. & executores teneantur exequi intra annum a die mortis testatoris, debet intelligi, & subaudiri, & scientiæ. unde si ignorant, non currit tēpus anni, per hanc gl. quod bene no h. d.

ADDITIONES.

a Ale Scientiæ Dic tamen ꝙ illi qui sunt ipso iure exempti, & excusati, non tenentur comparere ad sui excusationem, l. generaliter, & hoc ibi no. Bald. supra de Episco. & cler.

b Ale. Episcoporum. Dixi post Bar in l. fi. ff. si quis test. lib. esse ius fue. vide Bal. in l. captatorias, ad fi. inf. de test mil & Bal. in l. genero. ff. de infa. & Bal. in l. id quod pauperib ī. de epis. & cler. & in l. 1. inf. de test. & no ꝙ qui non pōt inuenire fideiussorem, excusatur a tutela, l. si quis, in § Imperator. de excu. tut. & l. fi de suspe. tut. ita no. dicit Bal in l. fi. ī. quod cum eo, & per consequens non sufficit iuratoria cautio. Adde an executoribus ignorantibus, currat tempus. Bar. consilio 242. Ange. consi. 144. Abb. cons. 110 Bal cons. 371. li. 1. Rom. consi. 228.

LEX VII.

Neque a tutela. Debitum, vel creditum, non est cā excusationis tutelæ. Tamen hoc corrigitur per auth. minoris. supra qui da. tu. pos. h. d.

LEX VIII.

Coloni. Coloni fisci non habent excusationem a muneribus.

LEX IX.

Frater. Monoculus non excusatur a tutela, vel cura. hoc dicit.

LEX X.

Exactores. Exactor tributorum durante tempore exactionis a tutela, vel cura excusatur. h. d.

LEX XI.

Testamento. Tutor testamentarius adstringitur ad gerenda bona extra prouinciam constituta, nisi ob hoc se excusauerit, poterit tamen ex causa curator sibi adiungi, hoc dicit.

LEX XII.

a Voluntariæ. a Ista ē notab. l. & fuit repetita vltra mōtes. Cy. hic ponit repetitionē Pet Bī h d. per vnum actū contrarium non perdit quis priuilegiū in aliis. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Voluntariæ. Per unū actū contrariū non perdit qs priuilegiū. Adde Bart. in l. fi. de consu princi tamen si quis se immisceat administrationi, pdit priuilegium administrationis tutelæ, l 2. inf ti. 1 adde Bal cons. 95. lib. 1. do. Card. cons. 133. Paris. Voluntariæ. ide Vide Ale. cons. 396 cir. fi.

LEX XIII.

Nec Senatorum. Liberti nō habent excusationē a tutela, ideo q gerunt negotia patro-

patronorum, nisi in vno liberto Senatorũ negotia gerẽte. h. d.

LEX XIIII.

a **Seueriter.** a Qui nominat aliquem ad iniuriam, vt eum red. mi faciat, criminaliter punietur: qui nominat vt vexet ad expensas ciuiliter tenetur. h. d.

ADDITIO.

a Pom. Seueriter. Vide ad istam pulchre per Barb. consi. 47. uol. 5.

LEX XV.

Quanquam. Licet illud, super quo principaliter litigatur, intereat: tamen lis debet propter accessoria terminari, hoc dicit.

LEX XVI.

Si vt allegas. Propter litem ma oris partis bonorum, potest quis a tutela excusari h. d.

LEX XVII.

Licet orationis. Si aliquis datur curator vxori, potest & debet excusari. h. d.

LEX XVIII.

Tutores. A creatione tutelæ, vel curæ non appellat, sed excusatio proponitur. Item debitũ vxoris, virũ a tutela nõ excusat. h. d. summarium prædictum procedit, put habes in tex. iux. Si habes in tex. iux. debes dicere in secunda parte summarii, & inopia pupilli non excusat tutorem, h. d.

LEX XIX.

Inusitatam. Debitum a matre pupilli, tutori, eius non præstat excusationem h. d.

LEX XX.

Curator. Si creatur curator, qui prius fuit tutor, iuste excusatur hoc dicit.

LEX XXI.

Quod res. Communio rerum non præstat excusationem, a tutela, vt dixi in Auth. minoris. supra, qui dare tut. pos.

LEX XXII.

Si tutor. Ad tutorem excusatum nõ pertinet periculum. hoc dicit.

LEX XXIII.

Humanitatis. Propter magnam litem cum sorore tutoris potest tutor excusari. h. d.

LEX XXV.

Viros. Consiliarii Principis excusantur a tutela, vel cura. hoc dicit.

Si tut. vel cur. a. falsis alleg. excusatus sit. Rub.

LEX PRIMA.

S I absentibus. Excusatio concessa ob falsas allegationes, tutorem non relevat. h. d. No. q̃ est speciale in minore q̃ sententia a lata ex falsis allegationib. est nulla a ipso iure. In aliis rescinduntur per restitutionem, vt vidistis inf. si ex fals. instru. quasi per omnes illas leges.

ADDITIO.

a Ale. Est nulla. Fallit in sententia lata pro libertate, quia illa valet. l. si duo, ff. de dol. sed quid si lata sententia sit aduersus ecclesiam, di. i in l. resp ff. ex quib. cau. ma. et no. do Abb. in c. licet, de proba. et vide Imo. in l. si is ad quem, de acq hære. et per eundem in c. cum Bertoldus, in ver. 4. casus, de re iud.
Menoch. Adde Soc. iun. conf. 40. col. pen lib. 2.

LEX II.

Tutores. Post cæptam administrationem, frustra proponitur excusatio. h. d.

LEX III.

Si vt proponis. Ista lex dicit idẽ, q̃d prima, excusatio obtenta p̃ ambitionem non prodest.

Si tutor, vel cur. Reipub. cau. abe. Rub.

LEX PRIMA.

Qui tutores. Qui abest causa Reipub. excusatur a tutela & non postea h. d.

De excusationibus veteranorum. Rub

LEX PRIMA.

Qui. Veterani excusantur a tutela, nisi filiorum commilitonum, seu conueteranorum. h. d.

Qui numero liberorum. Rub.

LEX PRIMA.

Q Vid ad tutelam. Numerus liberorum fecũdum diuersitatẽ locorũ a tutela excusat, & filiu defuncti non computantur in numero, hoc dicit.

Qui ætate se excusant. Rub.

LEX VNICA.

P Ater. Ætas septuaginta annorum excusat a tutela. hoc dicit.

Qui numero tutelarum. Rub.

LEX VNICA.

1 *Testis vnus cum fama an plene probet.*

S I tres. Tria onera tutelarum non affectata, præstãt excusationẽ ab his, & in his, quæ sunt diuersi generalis, & q̃ non prosunt singula, multa iuuant. h. d. No. hic tex. & signa ibi, sed imperfectæ & c. q fa-

1 cit ad multa, maxime si habeo † testẽ vnũ, & famã. q̃ nõ sit plena probatio. & similia Dicam tibi forte in l. in bonæ fidei. §. de iureiur. & ff. co. l. admonendi, dante Deo.

a De curatore furiosi, vel prodigi. a Rubr.

ADDITIO.

a Parif. De curatore furiosi. In datione curatoris furiosi quorũ citatio requiratur, & an possit dari sine requisitione, vide l. lex consi. 128 Fulg consi 80.

LEX PRIMA.

C Vratores. Causa accidentalis inspicitur demũ, causa naturali finita. h. d.

LEX II.

a **Orationis.** a Quod constitutũ est in prohibendis alienationib. rerũ minorũ, extendit ad res furioso-

b rũ. h d No. hanc l. b quod leges loquentes de minoribus, & eorũ fauore, extenduntur ad furiosos, & mente captos, hoc dicit.

ADDITIONES.

a Pari. l. Orationis. Sed in surdo, & mente capto, verum semper egeant curatore, vide Bar. in l. cum eorum. §. fi. ff. de postu. & ibi dixi quid in mente capto & furioso. Ex opposito ex hac l. limita gl. no. quod priuilegia competentia pupillo, extẽduntur ad furiosum, & prodigum. cui bonis est interdictum, & alibi non reperitur. Simile in priui egiis. tamẽ potest induci pro simili id, quod no in l. Marcellus, de fide instrumen & in l. interdum, in fi gl magnæ, de condi inde. & ita dicit Bal. in c. 2 de beneficio fratris, & illam gl. etiam sequitur Bal. in l. iubemus, in 1. q. de sacrosl. eccle & ideo per hanc gl. dicit Bal. in l. fi. circa princi §. in quibus causis in integrum restitu. quod beneficium illius l. videlicet, quod in minorib non currit præscriptio, extenditur ad furiosos, & prodigos, & hoc expresse tenet gl. & Bal. hic, & Adde Bald. in l. si a pupillo, in fin & ibi est text. ff. pro emp & Bald. in l. infantis in 4. q. inf. qui admit. & ibi di i, quod restituitur in integ sicut minor, de quo per Bald. in l. Marcellus, & adde hic l. qui neque, & ibi Bald. de reb. eor. vbi etiam de prodigo probatur, & idem tenet Bar & Im. ibi in princip ubi dicit hãc gloss sing.

b Pom. No hanc l. Vide Bar. consi. 42. uol. 1. & Anch. 5 vbi per no hic, dicit quod sicut pupillis & minoribus, non currit præscriptio durante pupillari ætate & minori, ita etiam non currit furiosis durante furore.

LEX III.

Si pater. Filii possunt petere patribus mente captis curatorem, qui habebit legitimam administrationẽ, hoc intendit in summa.

LEX IIII.

Cum repudiante. Mater filiæ furiosæ concedere curatorem non potest. h. d.

LEX V.

Ne lucrum. Emãcipatus potest esse curator legitimus fratris sui. h. d.

LEX VI.

Cum aliis. Hæc est bona lex, & bonus casus, Curator furiosi cessat ab administratione tempore dilucidi interualli, & eam reassumit reuertente furore. h. d. Tene mente hanc l. not. ad multa.

LEX VII.

a **Cum furiosus.** a Pater est legitimus administrator filij furiosi, hoc dicit.

ADDITIO.

a Pom. Cum furiosus. Filio ergo fami. non datur curator, quod intellige quando datur personæ, sed ubi datur rebus, uel ad certum actum, tunc bene potest cõstitui, ita dicit gloss in ver. hæreditati, in l. fi. § sin autem, a. inf. de bon. quę libe. de qua Alex consi. 59. vol 2.
Parif. Cum furiosus. Circa regulam huius l quod nullus amor vincat paternum vide Alex consi. 441.

§. Sin autem parentes. Pater potest furiosum instituere, & ei exemplariter substituere, & furioso filio suo q̃rĩ paterna hẽditas, non extraneorũ, sed dẽt p procuratorem peti bon. poss. h. d. vide gl. super verbo, an uqua No. q̃ per bonorum pol. §tab. propter solã agnitio-

agnitionem irritat testamentum, sicut per solam agnitionē habetur bono. pos. non tamen requiritur solennitas propria, & debita in quærela, dixi tibi. ĵ. quorum bo l. j.

1 *Si est datus curator furioso, sine præsentia Episcopi, valet datio.*
2 *Lex ista an sit de quinquaginta decisionibus cōpilatis. post Institutiones.*
3 *Consuetudo non approbauit hanc l. nec l. de creationibus.*

§. Sed cum antiquitas. Curator furiosi testamētarius nō dēt satisdare, sed dēt solenniter iurare, & inuentarium cōficere. Curator vero legitimus, vel datiuus tenet satisdare, si nō est idoneus facultatibus. Itē datiuus est dandus formā tradita hac l. h. d. Iā ꝯsului a † datus fuit curator furioso sine præsentia episcopi, & primatū, an valeat. Bñ determinaui, ꝙ valeat, vt Inst. d. cu. §. furiosi vbi soli p̄sidi ꝓmittit, & liber Instit. fuit factus post Codicē, vt patet in ꝓœ. Insti. Et si dicis mihi † hæc lex, & l. de creationib. ĩ. de episc. aud. fuit in illis qnquaginta decisionibus, q̄ fuerūt additæ huic libro post ꝯpilationē Inst. de qb. fit mētio. ĩ. de emen. Iust. Cod. nego tibi istam, probes si potes, si nō ꝓbabis, succūbes. arg. eius quod no. in l. cū actū. in fi. ff. de neg. gest. Præterea † ꝯsuetudo illas leges non approbauit in hoc quod hic dicit de p̄sentētia Episcopi, & primatum, ergo &c. vt ex. de treu. & pa. c. 2.

ADDITIO.

a Meno. Iam consului. Et consi. 144. adde Boer. q. 11 nu. 100.

§. Tali itaque. Hæreditas furioso delata pōt per curatorē agnosci, vt si furiosus ad sanā mētem ꝑuenerit, possit sibi eam retinere, siue respuere. Et si in furore decesserit, ad hæredes furiosi non transit, sed legata, & fideic. sine dubio acquiruntur, & transmittuntur.

§. Si autem. Curatore defuncto, alius est creandus forma, & ordine antedictis.

De prædijs & alijs reb. minor. sine decreto non alien. *Rubr.*

LEX PRIMA.

a **Venditio.** a Prohibitio alienationis rerum minorū, nō extenditur ad alienationem necessariam. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Venditio. No. perpetuo, ꝙ in rebus, quæ nō possunt sine decreto alienari, nō sufficit habere licentiam a iudice, nisi iudex declaret causam, quare alienet gl. est no. in l. 2. inf. ii 2. uidetur probari in l. lex, quæ tutores. ibi, probationum causæ ĩ. eo. de admin. tu. & inf. eo. l. minorum, & uide Bal. in l. fi. inf. eo.

LEX II.

Non est vobis. Quod ipso iure non tenet, non pōt rescindi per restitutionem: secus si tenet, & pupillus decipiatur. h. d.

LEX III.

Cum emancipatis. Etiam pater curator, non potest bona filiorum alienare sine decreto.

LEX IIII.

Non solum. Nullo ti. possunt immobilia minoris alienari sine decreto, & minor reuocās, debet reddere, quod accepit.

LEX V.

Et si præses. Decretum interpositū ex falsa causa, nullius est momenti.

LEX VI.

Minorum. Non sufficit causam allegari p libellū, sed debet coram iudice perfecte probari.

LEX VII.

1 *Actiones iudicantur inter mobilia, & immobilia, respectu illius quod venit in obligatione*

Si ad resoluendam. Sicut minor non potest alienare immobilia, ita nec obligare a de alienan. lo. h. d. ſm lect. gl. bonam & veram. Secundū hoc habes hic casum clarum. † ꝙ actiones b iudicantur inter mobilia, seu immobila respectu illius, quod in obligatione venit, & in ipsa actione, vt hic vides tex. qa minor nō pōt alienare, ita nec ꝓmittere aliquid immobile. De hoc vidistis ĩ. si aduer. transl. l. i. & l. iubemus. §. j. ĩ. de sacros. eccle.

ADDITIONES.

a Alex. Nec obligare. Vonn tamen no. ꝙ Bal. in l. de fideic. ĩ. de transa. dicit, quod minor 25. anno, potest remittere spem, quam habet ad immobilia sine decreto iudicis per illum tex, quod dicit alibi non reperiri clarius, facit l. si pater. ĩ. quando mu. offi. tu. & hunc tex. alleg. Bal. in l. si præses, sup. de transa. quod sicut in cōtractu requiritur decretum, ita etiam in distractu, quod no. & etiam dicit quod in feudo compromisso requiritur interpositio decreti, si sit de re immobili, adde tamen ꝙ in obligatione bonorum pupilli, quam tutor præstat pro cautione litis de iudicio sisti, vel iudicatum solui, non requiritur decretum iudicis in minore.

b Men. Quod actiones. Latiss. Tiraq. de retract. consang. § 1. gl. 7. nu. 1. 2. & 3.

LEX VIII.

1 *Bona immobilia minoris non alienantur etiā ex causa dotis sine decreto.*

Prædia. Ex cā donationis p p nuptias, immobilia nō possūt alienari sine decreto. h. d. No. ergo ꝙ † ex cā dotis, vel donationis p p nuptias immobilia sine decreto non possunt alienari. Vidistis in l. lex quæ tutores. ĩ. de adm. tuto. h. d.

LEX IX.

Et si is quem. Licet alienatio sit prohibita fauore minoris, alii tamē possunt obligari, & eorum res obligari. h. d. Opp. si non valet principale, non valet accessorium, vt ĩ. de legi. l. non dubium. Solu. ibi dixi, & plenius dixi in l. cum lex. ff. de fideiusso.

LEX X.

1 *Minor, qui vendicat alienata, quando, & quid habeat probare.*

2 **Prædiorum.** a Minor vendicās iura alienata, tenet restituere p̄cium, quatenus ꝓbatur in eius vtilitatē cōuersum. h. d. Vñ ergo † ꝙ iste, qui vult cōsequi p̄ciū, debeat ꝓbare in pupilli vtilitatē esse couersum. Sed ꝯ imo minor debet ꝓbare se pecuniam perdidisse, & se læsum esse, vt l. nā & postea §. si minor ff. de iureiu. So. gl. valde no. Qñq; ꝯctus ē nullus, & tūc aduersatius minoris dēt ꝓbare ipsum ēē locupletatū. Hic est casus hic. Qñq; ē ꝯctus aliqs, sed petit rescindi, tūc ipse minor ꝓbare dēt. Hic est casus in l. ꝯ. Fallit in ſœneratore, ut l. j. ĩ. si aduer. cre. & ibi plenius dixi, ratio est, qa vnusqsq; debet ꝓbare cām, seu id, qđ est causa suæ intētionis, vt ibi dixi.

ADDITIO.

a Ale. Prædiorum. Vide quod no. Bal. in l. si cum dotem. §. 1 solu. mat. hic contra.

LEX XI.

1 *Si minor agit ad alienata, quando per restitutionem, & quando alia actione ipsi succurratur.*

a **Si quidem.** a Hæc est nota l. Si alienatio ē nulla, non est necessaria restitutio, alias potest p restitutionē rescindi. h. d. Tene menti, qa iā feci de facto. Quęro ad qđ dabit restitutio? Videte domini, restitutio illud reddit, qđ abstulit lęsio, vt l. j. ff. de mino. & l. qđ si minor. §. restitutio. eo. tit. Nūc ad ꝓpositum. † qñ minor ē deceptus in eo, qđ vēdidit, qa non expediebat sibi vēdere, tunc restituit aduersus vēditionē, vt rescindat venditio, vt ipse hēat rem, sicut si non esset facta vēditio, p tit. ĩ. si aduer. vend. Qñq; est læsus in eo, qđ male vendidit, qa bene expediebat sibi bene vēdere, sed debebat vēdere pretio cariori, tunc restituit in integrum, vt pretium suppleat. nō vt vēditio rescindatur. Item pōt probari hic, & probatur in l. si res. §. j. ff. de iure dot. Qñq; minor est læsus non in eo, qđ vēdidit, nec in eo, qđ male vendidit, sed in eo quod pecuniam acceptā cōsumpsit, tūc restituet aduersus solutionē p ti. si aduer. b ven. Et per hoc habes, quomodo debeas formare libellum, b & positiones, & ad qđ petas restitui, vt ex p̄dictis colligit satis bñ.

ADDITIONES.

a Ale. Si quidem. Decretum iudicis non impeditur restitutione. Fallit, si in decreto esset taxata æstimatio rei venditæ, secūdum gl. no. & ibi Bar. in l. Prætor ait, ver. permittitur, de mino.

b Formare libellum. No practicā rescindendi venditionem factam a minore. Et adde Bar. in l. si sine hærede, § interposito, ff. de adm. tuto. Sed Bal. hic contra.

LEX XII.

1 *Dictio taxatiua posita in lege, extenditur ad alios casus similes virtute aliarum legum.*
2 *Immobilia minoris ob famen, cum decreto alienantur.*

Ob æs alienum. Ob æs alienum, vel similem causam possunt immobilia cum decreto a alienari. h. d. Opp. supra eo. l. prædia. Sol. quod hic dicit, ob æs alienū tantū, & subaudias, vel similem causam. † No. ergo, qđ licet a in l. sit dictio taxatiua, b tamen extenditur ad alios casus similes virtute aliarum legum. Fac quod habuistis in l. illud. supra de sacrosan. eccl. in l. serui nomine. ff. de vsucap. de regu. iur. l. contractus. Not. vlt. glo. quæ est hic, quæ enumerat casus, ex quibus potest alienari, quam vide ibi no. † Item ob famem, &c. similes casus habes, quos glo. ponit hic, quam vide, & no. &c.

ADDITIONES.

a Poma. Ergo quod licet. De ista materia vide aliqua per Ias. in l. si mora, ff sol. matr. & latius Fel. in c. pastoralis. extra de rescr. & vide Anchar. in c. canonum statuta. colu. 64. de constitutio.

b Alc. Dictio taxatiua. No. de dictione taxatiua, uide Bal. in l. cum quo, § pen. ad l. Fal. & latius in l. si constante, solu. mat. & est tex cum glo. in l. fin. C. de pac. pro quo Bal. in l. j. in prin. si quis ius dicen. non obtemp. & Dyn. in regula, in arg. lib. 6. uide tamen Bal. in l. 1. de interdict. &c. Ex opposito no. glo. quæ voluit quod fundus sterilis non potest alienari, ecclesia tamen hoc posset. Sed alia glo. sentit contrarium, uidelicet quod esset in minore, ut est glo. in l. mandatum, § si tutores, ff de offi. eius cui manda. est iuris. & ibi per Docto. & Bar. in l. 2. de agri. & cens. lib. 11. Adde glo. & ibi Azo. in l. cum hi §. cum transa. et quod habetur in l. fin. §. fin. autem, C. de bon. quæ libe. Adde de taxatiua Pau. de Cast. consi. 298. Old. consilio 254.

Et no. ex ista glo. quod dos, et alimenta æquiparantur. Vide Bart. in Anthen. res quæ, inf. cōmu. de leg. Cy. post glo. in l. non omni, sup. de adm. tut. et Bart. et Imo. in l. Meuius. §. duob. 4. quæst. de leg. 2. per Bar. et quod ibi dixi in l. fi. de his, quib. vt indig.

LEX XIII.

Etiam. Prædium emphyteuticum non potest alienari sine decreto.

LEX

L E X XIIII.

Vtere. Minor vendicans alienata iniuſte, doli exceptione repellit, niſi pretium in eius vtilitatem conuerſum reſtituat, hoc dicit.

L E X XV.

Si minor. Non poſſunt pro alio debito immobilia in ſolutum dari ſine decreto, hoc dicit.

L E X XVI.

a *Bona minorum, quando alienantur, quis iudex interponit decretũ, an ille ſub cuius territorio res ſunt, vel ille ſub cuius iuriſdictione degit pupill⁹.*

Si prædium. Immobilia alienata ſine decreto iudicis, in cuius territorio res eſt poſſunt vendicari, ſed pretium in eius vtilitatem conuerſum reſtitui debet. Si-

1 gna ibi tex. in qua ſitum eſt. † No. quod ſufficit decretum illius

a iudicis, in cuius territorio ᵃ res eſt: ſufficeret etiam decretum illius iudicis, q habet pupillum ſub ſe, licet non habeat rem ſub ſe, vt l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum.

A D D I T I O

a Alex. Territorio. Quid ſi iudex interponat decretum ſuper alienatione, uide etiam Bal. hic, & in l. ſi prædium, in l. 1 ĩ. de contrah. empt.

Inter omnes. Minor diuidendo, non poteſt alienare niſi prouocet a maiore. h. d. De hoc dic, vt habuiſtis in l. iubemus in prin. de ſacroſ. eccl.

L E X XVIII

Si minores. Propter debita nõ pñt immobilia alienare niſi cauſa probata, & ĩteruenĩẽte decreto.

a *Quando decreto ᵃ opus eſt.* *Rub.*

A D D I T I O.

a Pariſ. Quando decreto. An conſuetudine induci poſſit, quod res minoris alienari poſſit ſine decreto. vide, q ſic, Iaſ. in l. de quib. ff. de legi vbi alle. Bal. & Ang.

L E X PRIMA.

SI probare. Ex voluntate parentis pupilli adhibita in contractu, poſſunt immobilia alienari ſine decreto.

L E X II.

Illud requirendum. Si venditio fit ex licentia Principis, nõ requiritur decretum iudicis, hoc dicit.

L E X III.

a **Prædium.** Ex voluntate defuncti manifeſta, pñt immobilia alienari ſine decreto. h. d. Vide glo. q̃ eſt hic, & ibi eã ſigna. De mã iſtius gl. quãr executores vltimarum voluntatum pñt vendere, dixi in repetitione l. alio, ff. de ali. & ciba. leg. vbi tractaui ſolum de materia huius gl. Et fuit pulchra, vtilis, & noua repetitio. Et vide per Cy. in l. id quod pauperibus, ſupra, de epiſ. & cle.

A D D I T I O

a Pariſ. Prædium. Vide Alex. conſi. 62. vol. 1. Vide Ro. conſi. 394. quem ſequitur Iaſ. in l. præſens. ver. 2. principaliter ff. de poſtu.

L E X IIII.

Et ſine interpoſitione. Res, quæ vſu conſumũtur poſſunt alienari ſine decreto, hoc dicit.

Si quis ignorans rem maioris eſſe ſine decreto comparauerit. *Rub.*

L E X PRIMA.

SI ea quæ. Emptor malæ fidei non pręſcribit. emptor bonę fidei longo tempore præſcribit, hoc dicit.

L E X II.

Si contra. Minor rem alienatam iniuſte vendicat cum fructib. niſi emptor habuerit bonam fidem.

L E X III.

Poſſeſsiones. Iniuſte alienata etiam a ſecundo emptore vendicantur, niſi pręſcripſerit.

L E X IIII.

Quoniam. Poſſeſſor bonæ fidei ꝑſcribit ꝯ minorem, ſpatio longi tꝑis, a die qua factus eſt maior.

Si maior factus, alienationem factam ſine decreto, ratam habuerit. *Rub.*

1 *Quando in alternatiua obligatione eſt ſpecies, & quantitas, an poſſit fieri compenſatio.*

CVm proponas. ᵃ Ratihabitio maioris præiudicat in iure, quod ſibi competit rõne præcedentis minoris ætatis, nõ in eo q competit cuilibet maiori. hoc primo. Item qñ in ſolutione ſeu in obligatione eſt ſpecies, & quantitas alternatiue

1 rõne quantitatis poteſt fieri compenſatio. h. d. † De hoc quãdo in alternatiua obligatione eſt ſpecies, & quantitas, an poſſit fieri compenſatio, vide l. ſi debeas decem, ff. de compen. & vide, quod plene dixi in l. ſi ſeruus. §. 2 ff. de furtis.

A D D I T I O.

a Pariſ. Cum proponas. Limita niſi minor fuiſſet dolo inductus ad contrahendum licet poſtea ratificaret factus maior, non rehaberet, niſi eſſet certioratus de tali dolo, vide Rom conſi. 54.

L E X II.

Si ſine. Indebite alienata poſſunt vẽdicari, niſi ratihabitio vel pręſcriptio, vendicantem repellat. h. d.

L E X III.

a **Si quando.** ᵃ Si immobilia ſunt ſine decreto alienata titulo oneroſo a minore, vel eo ſciente, taci-

b turnitas quinquennii ᵇ eo effecto maiore ratihabitionẽ inducit, ſi titulo lucratiuo requirĩt taciturnitas longi temporis. h. d. No. l. & eſt ſingularis valde Tene menti iſtam l. quanto plus potes, rogo te. Opp ſ. tit. 1. l ſi. vbi requiritur præſcriptio longi tẽpo Sol. Quando ipſe minor vendidit, vel alius eo ſciente, ſtatuta ſunt tempora hac l. diffinita Sed qñ vendidit alius ignorãte minore tunc haberet l. ꝯria. Ad vnum tamen aduerte, quia illud, quod hac l. dicitur, non eſt proprie præſcriptio, ſed inducitur quędam ratihabitio tacite. Et ideo quocunq; modo intra illud tempus, minor iſte factus maior declarat. ſe nolle ratum habere, lapſus huius temporis non obeſſet, ſed in l. contraria inducitur præſcriptio, & debet interrumpi modis legitimis, ad interrumpendam præſcriptionem inductis. De quibus videbitis in l. cum acutiſſimi. §. ſed ſi quis, ff. de pręſcrip. 30. anno Dixi pleniſſime in l. naturaliter. ff de vſucapio

A D D I T I O N E S.

a Pom. Si quando. Et no quod taciturnitas huius temporis, inducit ratihabitionem non ſolum circa geſtum principaliter, ſed etiam circa continentiam, & dependentiam ab eo Ita dicit D. Alex. conſi. 117. vol. 5.

Pariſ. Si quando. Aduerte ſignanter, quod diſpoſitio huius l. non procedit hodie, attenta diſpoſitione iuris canonici, quia ille, qui contrahit ſine decreto, contra iura mercatur, & præſumitur in mala fide c quia contra. de reg. iu. l. quemadmodum. vbi Bar. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ergo, & c. c. ſi de præſcri. Ita dicit D Ant. de Butr. in conſi 41. incip domina Orabilis. vbi etiam dicit, quod non procederet, quando tutor, vel curator contraheret cum ipſo minore Et vide quod per iſtam l. dicit Rom idem eſſe in prodigo qui tacuit per quinque annos poſtquam effectus eſt ſanæ mentis, in ſingulari in cau. dex Bononienſis.

b Alexan. Quinquennii. Per iſtam legem fuit conſultum, quod ſi iudex interdicit administrationem bonorum alicui intra certum tempus, qui durante prohibitione alienat domum vult alienationem reuocare, an poſſit. Dictum fuit, quod ſi intra quinquennium non fuerit reuocata, vlterius non poterit reuocari. Caſus eſt hic, & in l. 3 ſ. de contractib. iudicum. per hoc limita l. quæ ab initio ff de reg. iu. vbi vide gloſſ. & dum hic dicitur, quod minor non poteſt donare ſine decreto, Lud. in l. ſi ante. ſol. mat. dicit, quod forte hoc non procederet in donatione Et licet non alleget aliquem tex. mihi videtur tex. in l. cum plures. § ſi tutor. de admi niſt. tut.

Pom. Adde huic apoſt. ibi, caſus eſt hic, & in l. 1. & idem in verbo, aduer. motus per iſtam l. ſic voluit Lud. Rom ſing. ſuo inc. iudex Bononien.

De magiſtratibus conueniendis. *Rub.*

L E X PRIMA.

SI magiſtratus. ᵃ Minores in ſubſidium habent regreſſum contra magiſtratus qui tutores dederunt, & etiam contra fideiuſſores, quos pro indemnitate receperunt.

A D D I T I O.

a Alexan. Si magiſtratus. Iſte tex. eſt ſing. ad vnum no. quod ponit Bal. in l. conſti. in pen. q de pœna iudi. qui male iudicauit.

L E X II.

In hæredes. Contra hæredes magiſtratus non datur actio, ex leui culpa h. d.

L E X III.

Si tu. Plures magiſtratus, ſi ſunt ſoluendo, habẽt inter ſe beneficium diuiſionis. h. d.

L E X IIII.

Aduerſus. Contra magiſtratum datĩ actio in ſubſidiũ excuſſis tutoribus, fideiuſſorib. & collegis.

L E X V.

In magiſtratus. Iſta l. idem dicit, quod pręcedens, iõ non eget ſummario.

L E X VI.

1 *Notarius ſi omiſit ſcribere, & pars ex eo damnificatĩ, datur in ipſum actio*
2 *Inuentarium quando fit, debet deſcribi æſtimatio rerum.*
3 *Tutoris datio non inualidatur, licet inuentarium non fuerit confectum legitime a tutore.*
4 *Tutor vendens rem æſtimatam publica authoritate, licet plus valeat, excuſatur, & quando.*

Cum ſit adiecta. ᵃ Hęc eſt ſingularis l. In eo, † q quis damnificatur, ex eo, q notarius

A D D I T I O.

a Pariſ. Cum ſit adiecta. Nota ſingulariter circa regulam huius l quod notarius in quibus tenetur ſolum de dolo, lata culpa. vide Alex per illum tex. in prin. in l. vbi exigitur. ff. de eden. Ad iſtam materiã vide latius per Iaſ. in l. oratione. C. de teſt.

a rius a scribere omisit, datur actio ɔtra notarium, h.d Primo ex hac l. nota, quod dixi in summario de quo vides in lege pe. ff. de 2 tab exhi. Secundo † no. quod inuẽtarium est faciẽdum scribẽ 3 do æstimationem rerum † Tertio no. quod licet inuentarium non sit bene confectum a tutore, vel qa minus est scriptum, vel minor æstimatio, nõ propter hoc datio ipsius tutoris inualida 4 efficitur. Quarto no. † & nõ exeat de mẽte tua in ꝑpetuum, ꝙ excusatur tutor, vel curator, si vendidit rem prout æstimata, est authoritate publica, licet plus valeat. Vide gl. sup verbo, si qua lęsio. Hoc tamen intellige, nisi manifestũ esset, illã æstimationẽ esse iniustã, & de hoc esset publica fama in vicinia, & locis circunstantibus: iste enim tutor nõ posset dicere se credere istam æstimationem esse iniustam, argu. ꝟ. de peri. tut. l. si tutor petitus No. rogo te, & in perpetuum non obliuisceris, &c.

A D D I T I O.

a Alex. Notarius. Et vide, quod dixi in l. qui nomine ff. de fal. & adde quod probato dolo notarii, de interesse statur iuramento partis, secundum Bal. in l. qui accusare. sup de eden. secus si propter culpam notarij, quia tũc debet pobari, secũdum Bal. in l. ii. de eden. & qua pœna puniatur tabellio, qui protocollum perdidit, licet instrumentum inde sumptum reperiatur, vide Bal. in rub. sup. de fide instru. versi. quæro dixi superius, & ibi in seq q. An possit cancellare protocollũ, & addito instrumento, & quod no. Bar. in l. plurib. de his, quæ in testam. dele.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

Omnes sunt Quaterniones præter Y, qui est Quinternio.

V E N E T I I S, M D X C V.